in senectutem abeunt, summo cacumine mori incipiunt, & uno alteroque ævo sic durent, summitate arida & intermortua. Alterum notandum in verbis Plinii est, quod ait, iuxta urbem ausem quercus in Ili tumulo. Theophrastus φησι, ait, quæ propriæ quercus non est. Vide libr. 3. cap. 9. & 10. Sequitur aræ sunt Iovis Stratii. Antiquus codex, Iovis Stratii. Sed vulgata servanda lectio. Quippe, ut rectè monet Hermolaus, appellatio Græca h[ab]it oportet, non Latina. Διὸς Στρατεύον, Iovis Stratii meminit Herodotus in Terpichore. οὐτιδὴν οὐδὲ Διοφύρην αὐτὸν κατειλήθησαν οἱ Λαζαρεῖται, οἱ δὲ Διοφύρην ισεγύ, μίσατο εἰς ἄλλους πλατειῶντας, μῆνος οὐτοῦ τοῦ ημέρας ιδύηρ, Καρεῖσιν εἰς οἱ Διὸς Στρατεύοντος. Ex quibus qui effugerunt ad Labranda in Iovis Militaris templum se receperunt, in magnum atque sacrum lucum platanorum. Soli autem ex iis quos novimus, Cares sunt, qui Iovi Stratii, id est, Militari hostias offerant. Hæc cum librarii ignorarent, Stratii, vel, ut in M.S. quibusdam habetur, Stratini, mutarunt in Stratii. Iovis enim Stratii mentio saepè apud Ciceronem.

Ἐν Διδοῦσι πλατειῶν. Plinius loco citato. Sunt auctores & Delphicam platanum Agamemnonis manu satam: & alteram in Caphys Arcadiæ luco, &c. Caphyæ urbs Arcadiæ, patris Anchise nomen habens, qui Capys appellatur.

Βεργύλεια οὐ τὰ ποιῆσαι, &c. Plinius loco citato, E diverso brevissimâ est vita punicis, fico, malis, & ex his præcocibus brevior, quam serotinis, dulcibus quam acutis, & dulciori in punicis. item in vitibus, præcipue fertilioribus. Græcinus auctor est sexagenis annis durasse vites. Corruptus codex. Notat Hermolaus in aliis codicibus legi, dilatiori; quæ lectio nullum cominodum habet sensum. Vox acutis suspecta. Acutum enim non opponitur dulci; immo non raro contingit aliquid esse simul dulce & acutum, ut de melle libr. 11. cap. 15. retulit Plinius, & Dioscorides libr. 2. Theophrastus, τῆς ἀρετῆς, dulcis minus quam acidæ. Idem οὐτε τὰν φῶν οὐτε πύρων, & inter punicas quæ nucleo caret. Scribe, dulcibus quam acidis & dulciori in punicis. Malunt alii, dulcibus quam acidis & apyrenis, quod Theophrastus τὸν φῶν οὐτε πύρων. Plinium punicum quoddam genus ita vocare negari non potest, lib. 13. cap. 19. Divisit & in genera, apyrenon vocando, cui lignosus nucleus abest. Vulgatam tamen servo, quod idem Plinius lib. 23. cap. 6. scribat. Ex his dulcia quæ apyrena alio nomine appellavimus. Dulce ergo punicum πύρων; quod falsum, ut supra capite de punica ostendi.

Δοκεῖ οὐ τὰ πάρυδος, &c. Plinius loco citato. Videntur & aquatice celerius interire.

"Ειδικὴ οὐ γενέσκεται, &c. Idem. Senescunt quidem velociter, sed è radicibus repullulant, laurus & malis, & punicæ, &c. Sed è radicibus repullulant. Theophrastus μηδελασάνει. Frustra inde colligunt viri magni, Pliniū scripsisse, sed è lateribus repullulant. οὐδελασάνει, Plinius saepe vertit, ab radice germinare. Nec laurus vel punica cuius caudices senectute, aut putredine pereunt, è latere, sed è radice novum mittit germen; nec οὐδελασάνει aliud, adnata emittere, quod quandoque è latere, non raro è radice fit. Theophrastus libr. 2. cap. 8. ηγειρότες δέ τοι τούτον οὐδελασάνεισαν. Plinius libr. 13. cap. 4. germinantes rursus ab radice succidit. Vide cap. 4. lib. 1. hist.

Πάλιον αὐτοτελεῖται οὐδὲ βλαστεῖ, &c. Aldinus & Basileensis αὐτοτελεῖται τούτον βλαστεῖ, Theodorus vertit. rursus germina assidue recteque colendo invites. Interpretare. rursus colis propter germina, & si funditus ad radicem usque decideris, &c.

Πότερα δὲ τούτο. Certe eadem arbor, sed novi caudices & rami.

ἡ μὲν γῆ ἀεί. Vide animadversiones Scaligeri.
Διηγότατα. Aldinus, Basileensis διηγότατα. Forte δικαιοράτος, ut monet Scaliger.

"Εἰς μέρη. Theodorus, ιερὰ μὲν μέρη.

CAP. XV.

Quaque modo colendæ vites.

Illud autem diuturnissimum forsitan sit, quod omnibus rebus durare queat, ut olea, & caudice, " & germine lateralī, nepotumque procreatione, atque etiam stirpe incorrupta. Vitam vero unius in qua positio caudice, pro principio temporis agi mensura debeat, annis maxime ducentis consummari videmus. Sin autem credimus (quod quidam de vitibus referunt,) quod radicibus particuli tanquam principiis ipsius plantæ, inhibetur ejus vita ratio ad ducentos annos.

latim

^{" prius Ald. Germ.} Φύσις ὄμοία εἰς ὄμοιοφόρον ὅποσσονοῦν χρέον, μακρο-
εἰωγέλον αὐτὴν πάνταν. Φασὶ δὲ δεῖν γέτω τοιεῖν, ὅταν
ἡδη δοκεῖ καλαφέρεαδ, κληματέ τη Μητρόπολεν, καὶ
καθετοῦσθαι σπινατόν. μή δὲ τοῦτο κατασκάψαντα ε-
πὶ θάνατον τῆς ἀμπέλου, τοξικαθῆσαι πάσας τῆς γρί-
ζας· εἰτ' ἐμπλῆσην Φρυγίαν καὶ επιμήδαν τὸν
γλῶν. τούτῳ μὲν γὰν τῷ ἔτει κακῶς Φέρειν σφόδρα.
τῷ δὲ ὑστέρῳ Βέλτιον. τῷ δὲ τρίτῳ, κατίσι-
δημα καὶ Φέρειν πολλὰς εἰς μηδὲν Διαφέρειν,
ηὐσπηκαζεῖν· ἐπειδὰν πάλιν διπλαγμή, θανάτον μέ-
ρον κατασκάπτειν καὶ θεραπεύειν ὄμοίας, καὶ γάρ τοι
αἱρεῖ Διεγμένειν. τοιεῖν δὲ τοῦτο μάλιστα δὲ ἔταν δέκα.
διὸ καὶ κόπειον γέδε ποτε σύν τοῦτο πιεντας, αἷλ.
Ἐπει γενέας πολλὰς πάστα τὰ σελέχη Διεμένειν
εἰς μηδὲ μεμνηθεῖν τούτη Φυτέυσαντας. τοῦτο μὲν γὰν
ἴσως τῶν πεπειραμένων αἰσθύοντα δεῖ πιεύειν. τὸ δὲ
μακρόσια καὶ Βραχύβια, Διεὶς τῶν εἰρημένων θεω-
ρητούν.

latinum detractis caudex, tanta natura tota similis, ac ^{tota natu-}
similifera quantumvis temporis permanere queat, ^{ra tum fa-}
hæc prorsus longæva omnium præcipue constat. ^{cies, tum}
Colendam autem hunc in modum censem. Cum vi- ^{germinatio}
tis jam δελabi viderur, palmites admittendum, δεlinquere, ^{similis.}
fructumque anno capiendum. Deinde altera ex par-
te vitis suffodiendo radices omnes purgandum, post
festucis implendum, terramque accumulandum: isto
itaque anno male admodum ferre ajunt, postero me-
lius: tertio & quarto stabiliri: ferreque multas bo-
nasque uvas, ut non alio modo se habeat, quam cum
vigebat. Cum iterum langescere incipit, partem
alteram suffodiendum, colendumque simili abla-
queationis ratione, atque ita semper durare posse
affirmant. Id autem anno maxime decimo fieri.
Qua de causa, nec præcidere unquam eos debe- ^{" qui ita ca-}
re, qui ita faciunt, sed per multas ætates caudices
eosdem durare: ut ne meminisse quidem sit, qui se- ^{lunt eos non}
verint. Hoc igitur ab expertis accipientes credere
fortasse debemus. Quæ autem vitæ longæ brevisve
sint, iis quaæ retulimus contemplari oportet. <sup>adduci ut
vites eam
dant.</sup>

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

T'Αχε δὲ εἰν μακροστεπτον. Demonstratio à tribus cau-
sis. Sic, Diutissimè vivit, quod plurimas habet cau-
sus, vel permanendi, vel renovandi. Prima caussa. Con-
stitutio corporis resistit corruptioni. Quia densum: quia o-
leosum. Secunda. Radicis pervicacia, est caussa instauratio-
nis. Quartus modus est Iuncorum, qui consumptis ab imo
radicibus, à summo novas reponunt. Prater hec videoas
vivacitatem, ut in Sempervivo, & Cuscuta cum apponi-
etur uir. Item sunt quedam plantæ quæ sibi fabricant ter-
ram: ut Iris. E foliis enim putridis sit solum novum, unde
succum repetant.

Tην οὐδελασθεν. Theodorus, Germine lateralí, nepo-
tumque procreatione. Sobiles, simplex & signata dicta
à subolendo: sicut adolescens. Et proles ejusdem tum origi-
nis, tum significati.

Kαὶ τὸ δυστολήθρον ξεν τὸς πίεσ. Theodorus. Atque etiam
stirpe incorrupta. Non semel animadvertisit Theodoro stir-
pem pro radice positam. Et δυστολήθρον, plus est, quam incor-
ruptum. Significat enim potestatem adversantem cau-
sus intereundi.

Dοκεῖ δὲ ὁ βίος τοῦ μηδενὸς εἶναι, καὶ δὲ τὸν πίεσ

IOANNIS BODÆI A STAPEL

Ωργον εἰλασθεν. Plinius libr. 16. cap. 44. Firmissime
ergo ad vivendum oleæ, ut quas durare annis C. C. in-
ter auctores conveniat. Vide Scaligeri animadver-
siones de voce οὐδελασθεν, lib. 1. plura dixi. Vide cap.
præcedens.

ΚΕΦ. ΙΣ'.
NOTÆ ET COMMENTARIUS.

De morbis arborum. Quique communes, & qui privati sint. Quid sideratio, verminatio, radicatio, fungus, olla, scabies, cochlea, cradatio, cerasia. Quid in vite hirculatio. Quid roratio.

NΟσήματα δὲ τοῖς μὲν ἀγείοις & Φασὶ ξυμ-
παινεῖν, οὐφ' ὧν αἰσιράντα. Φαύλως δὲ Δια-
πίεσθαι, καὶ μάλιστα Μητρόπολες, ὅτεν καλαγονοπηθῆ,
καὶ Βλαστενεν μέλοντα, καὶ δέχομέντα, καὶ αἴθουντα. καὶ
ὅτεν η πνεῦμα ψυχρὸν η δερμὸν θηραμέντα καὶ τού-
τους τοὺς καρπούς. ταῦτα δὲ τῶν ἀρσίων κειμένων γέδε
αὶ οὐσιαστοτες ὡστιν, γέδε πάσχειν. αὖτις καὶ
Ξυμφέρειν πᾶσι κειμασθῆναι. μη κειμασθέντειν γέδε
κακοθλαστερα γίνεσθαι. ταῦτα δὲ ιμέραις. εἰς
τοιούτων νοσήματα. καὶ τὰ μὲν, ὡστερ κακὰ πᾶσιν η
τοῖς πλείστοις τὰ δὲ ιδια, καὶ καὶ γένη κατινά. οἷον,
τὸ, τε, σκωληκοῦντα, καὶ αἱροβολεῖσθαι, καὶ ὁ σφα-
κελισμός. ἀπαντει γέρεις εἰπεῖν καὶ σκωληκοῦς ἔχει-
ται τὰ μὲν εἰλασθεν, τὰ δὲ πλείστα καρποτερού-
κη, μηλέα, καὶ ἄπιστοι. οἷς δὲ οὐταὶ εἰπεῖν, ημι-

MOrbos sylvestribus accidere negant, qui-
bus intereant, tamen eas quoque male affi-
ci dicunt: ac præcipue, cum vel paulo post ger-
minaturæ, vel germinare incipientes, vel floren-
tes, grandine vexantur: cumque flatus frigidus
feruidusve his cisdem temporibus succederit. ^{↑ nec ledi}
↑ Tempestivis autem hyemibus, nec si excedant,
quicquam offendi. Quinimo omnibus algorem
prodeesse volunt. Quippe nisi alserint, deterius
germinare. Urbani morbi plures eveniunt. Alii
omnibus quasi communes, aut pluribus: aliī pri-
vati per genera. Communes, vermiculatio, syde-
ratio, & radicatio: omnes enim ferè vermes etiam
gignunt, sed quedam pauciores, quedam plures;
ut ficus, malus, pirus. Minime autem, (ut sim-
plici ratione dicam) acres, & succo humentes
lacteo vermiculantur, eodemque modo syderan-
tur vel in-
choant, ac
florent, grā-
dine pulsan-
tur.
↑ nec ledi
tempestiva
hyeme ta-
metsi fue-
rit violencia,
quin imo o-
mnibus hye-
mis gelu pro-
desse volūt,
quippe nisi
gelu affecta
sint, deterius
& mortifica-
tiō.
" et odorata,

σιν αἱ μὲν, τὰ φύλα, αἱ δὲ, τὰ αἴδη, ἐπραι τῷ
γίνεται. καὶ φύλοις τὰ δένδρα γίνονται δε, οὐταν δὲ νότια
καὶ τὰ διάδεντα εἰς δὲ ἀπίλαβη καύματε, φύλασσεται τοῖς δὲ τῶν
δέ τῶν ἀργητοῖς τὰ πόδια διπλάτυται, τὰ μὲν δὲ πόδια τὰν σπάνια.

monstrant, sed sub flore pars magna perditur.
Hec ergo propria locorum.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Nοοῦμεν δὲ τὸν μὲν ἄρχοντα φασὶ ξυμβάνειν. Theodorus legit negative. Hic igitur dicent sylvestres arbores senio, non morbo interire. Verum est junioribus, cum non pacas perire videamus: illorum sententiam falsam esse patetam est.

"Η βλαστάρειν πάντα τὸν δέρζοιδα. οὐδὲν οὐταν. Theodorus: Cum vel paulo post germinaturas, vel germinare incipientes. Addidit paulo post non inscīte. Sic rotundē dicas, sub germinandi tempus. Floridius ad hunc modum, cum germinationem vel meditantur, vel incohant.

Χαλαζογόνης. Mirificum verbum. Etiamnum Vascones dicunt: peirabatur. Theodorus, grandine vexatæ. Non moventur grandine, non igitur vexantur, sed pulsantur.

"Τοῦτο δὲ πάντα χαλαζόναν αὐτὸν τοπεράτων οὐταν. Theodorus, tempestivis hyemibus, nec si excedant, offendit. Neglexit iudicium Ciceronis, cum dixit: hyemibus. Qui neque speciebus, ausus est. Et illa: nec si excedant, obscura sunt, melius sic. Nec lædi tempestiva hyeme: tamen si fuerit violenta.

Μάχαιραδίς οὐδὲ καρκαλόντες. Theodorus Plinii verbis, nisi alterint. Ducti in hanc audaciam ex aliis quoque verbis Theophrasti προσέφεραν. Non tamen algent arbores: ut loquuntur Latini, de rebus sensu præditis. laxiore verbo Ε commodiore, hyemis gelu affecta. & προσέφεραν, rigore astricta.

Σφακιδιόνις. Theodorus radicatio, pessime. Nam tametsi is est radicis effectus: tamen quia nomen hoc à Latinis receptum est pro commodiis radicis: idem pro incommodo si accipiatur, fiat plusquam equivocatio, à qua Philosophus, quod fieri potest, maximè debet esse alienus. Σφακιδιός medicis est, cùm membrum omittit naturam suam. Epicarmi catenata quædam sententia est, εἰ δὲ κατεδίκης πιδαὶ τε, ηγετοφάγος, οὐδὲ ζειτε. Præterea subest ratio, qua nequeat interpretari radicationem: neque enim radici soli, sed Ε foliis, & stipitis evenire solet: tum autem omnis natura viventes. Plinius etiam Græcum subtiliter nomen. Sed nimis lascivo conatu appellavit agritudinem in arboribus, membrorum dolorem, idque non semel.

Τάσσα. Clavum & fungum. Ita etiam Plinius est interpretatus. Λοπάδα. Theodorus, olla. Plinius, patella. ubi id animadvertis. Cum Plinius cæteras voces Græcas præterivit ita, ut ne poneret quidem, nedum interpretetur: nunc quam posuit, putò fuisse receptam Latinis. Hoc debuit obseruare Theodorus, & servare. Non quod λοπάδα hoc significet: sed quod patella similius sit. Fidus interpres sic scriberet, quemadmodum scripsit: at ipse fidus non est. Τοῦτο δὲ εἰσιν οὐδὲν οὐταν. Plinius οὐλον καυματα, aut οὐλοκαυματα legit. Sic enim interpretatur, solis exustio. Lege ιπταλούσα, non ιπταλούσα.

"Ομοίωσις πίτης μάχαιρας. Sanè sic Ε in animalibus ubi membrum nigrescit, atque corrumpitur, est οφάκιδος. Plinius aut legit, οὐδὲντος, aut addit. Nam de nigrore nihil: nihil item Theodorus, sed, inarescunt, marcescuntque.

Κερδός. Ne hoc quidem nomen ponere voluit Plinius. Sed habent, inquit, Græci sua nomina: Theodorus, crationem. Quare non, Rationem: sicut supra, Radicationem, οφάκιδιον: quia radici obveniebat. Evidem neutrum probabo.

Οἱ μὲν οὐδὲντος ζειτε, οἱ δὲ συπτεινται τοῦ Ε περιεμένους κτενεῖσ. Ιτaque supra, σπάλκησ, οἱ δὲ τὸν συκλοντικόν θεοφραστον συπτεινται. Melius συπτεινδοις quippe quos διπλαγησ πάντα. Sic in quinto, de vermis: οἱ μὲν εἰσι εἰς τὸν οἰκεῖον σύνθετον. οἱ δὲ

κατερίται εἰσιν. Itaque non debet tolli, αὐτὸς, & ponit, αὐτὸς, quia τὸ αὐτὸν καρκίνον gignuntur: neque numerus debuit illis facere negotium, quoniam εὔρεται, dixerit. Infinitus, ut ita dicam, locus hoc sit & Aristoteles, & Theophrasto, ut numerus diversus subdatatur. Et valde ambiguū esset, αὐτὸς, νερμέση, an ficus referret.

Φερσταὶ ποιοῦσιν. Theodorus ex Plinio. Sonum edunt parvuli stridoris. Φερσταὶ abusus est. arrōstione enim stridula sonant, non voce. At preceptor jam distinxerat. Καρκίνος, θεοφραστος.

Τάσσα δὲ καλούσα, λοπάδα. Supradicta λοπάδα, erat οὐλον καυματα. Hic autem, εἰς τὸν οὐλούσιαν. Vides igitur contradictionem: si Plinium sequare. Et οὐδὲντος, malis supradicta legere. Observabis etiam Græcam inconstitiam, qui cum tria nomina clavo attribuerint: transtulerunt οὐλον ad longe diversam materiam. Theodorus Plauinissat. Aula, magis arris, nomen maxime obsoletum: & commune ad id significandum, quod malum Deorum immortalium benignitate arboreas vitarunt.

"Ωτε μαδα, Plinius, Ficus laborat radicibus madi-dis, μαδα calvescere est, μαδησο, apud Pollucem.

Ταργάτη, Articulatio, Plinius. Corrigunt, hirculatio. ταργάτη est luxuriare, ac hic convarium.

Poas δὲ γίνεται. Theodorus, roratio. Quasi ros, remet; eos est capillorum effectus, profluvium dicunt. Ζινδα, est eis usdem significatus. Vnde & Ζινδα. Sicut nirrum, λαρον. Effectum hunc tanquam siderationis speciem posuit Plinius, quem rorationem nominavit. Verum interpretatus est, τὸ ιπποφῆτη. Theodorus, Cum vitis deflorescens irroraat. absolute. Videbis an ex usu sit Latinitas: sed ιπποφῆτη est, aut abluator, οὐτω, unde Neptunus: non, ut putavit Cicero: etiam indignantibus factiosis, aut οὐδὲν οὐφετινόν.

"Η τοι κεραλός. Theodorus, effugit hunc scopulum. Ex Plinio emendare queas. πλαγή. Sic enim ait: aut cum accini, priusquam maturescant, decoquuntur in callum.

Tης αποτομού. Plinius omisit.

Ἐλεκτον. Theodorus, Luxationem. τοῦτο τὸ ἔλεκτον. At est ulcus hic. Dixit enim ταργάτη, σιχευτη ταῦτα ιπτεσαλαῖς. Theophrastus duas facit ιπτεσαλαῖς. & καυματα, & καρκίνον. Theodorus astrinxit suo arbitratu ad calorem tantum. Et abusus est Latinitate. Sic enim scribit, A tepris excessu devincitur. Idem est, ac si dicas, A Modesti viro insolentia.

Δια τὸ δότον τούτην εἶσε τὸν ζειτε τὸ τόπον. Theodorus, Hac ea de caussa laborant. Vides quantum differant.

Πάρτον δὲ οὐδείνισθε. legē, adiutor.

Ταργάτη. Theodorus astrinxit universam sententiam ad imbras. At ea voce, & frigus & aestus comprehenditur. Hæ enim sunt species siderationis. Nam quod subdit: μαρνιαν, ιδιαν. Est exemplum unius tantum eventus. Frigus enim, & aestus, etiam præter ventos, etiam sine pluviosis evenire potest.

Σωστρόπητης δὲ καρπὸς διαδίνεται. Theodorus male, propter exilitatem, multa exilia valida, sed nulla αἰδίνη. Si exilitas profusori causa esset, etiam sine pluvia dilaberentur. Verum id contingit, propriea quod facti sunt acini & pluvia imbecilles, suffocato calore naturali, quo retinentur. Sic ipse supra, καρπούσιον.

Γινονται οὖτε οὐταν, καὶ ταῦτα διδασκαλεῖται. Theodorus, nascitur tempore austriño, & vento. Sic mollem tempestatem, οὐδινών, dicerem. Nascuntur austriñis tepris: æstu superveniente deprehensa rumuntur.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

ΟΥ φασι ξυμβάνειν. Rectè particulam negativam adiderunt, quod ex libr. 5. de cauf. cap. 10. probatur. νοοῦμεν δὲ τὸν αἴρειν οὐ λίγαται τὸν δὲ μητεραν λίγαται, Plinius libr. 17. cap. 24. Infestantur namque & arbores morbis. Quid enim gentium caret his malis? Et sylvestrium quidem pernicioſos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque ferore aut flatu, frigidore præpostero die: quoniam sua frigida etiam prosunt, ut diximus. Quid ergo? nonne & vites algors intereunt? Hoc quidem est quo deprehendatur soli vi-

tim, quoniam non evenit nisi in frigido. itaque per hyemes cæli rigorem probamus, non soli. Nec infirmissimæ arbores gelu persclitantur, sed maxime: vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam præstrictus gelu eo non potuit perire humor, &c. Aduri quoq; fervore, aut flatu frigidore. Theophr. εἰς τὸν μέμηντα θεοφραστον ιπποφῆτην. Inde coujicio, Pliniū scripsisse, aduri quoq; fervidiore flatu aut frigidore. Paulo infra. Itaq; per hyemes cæli rigorem probamus, non soli. nec infirmissimæ, &c. Antiquus noster codex. Itaq; per hyemes cæli rigore probamus, non n. solū infirmissimæ arbores

*arbores periclitantur. Dalecampius legit. Non autem sol
lum infirmissimæ, &c. Lector ex duabus antiqui codicis
& Dalecampii eligat quam velit lectionem. Quoniam
perstrictus gelu, &c. Immo potius quoniam frigore suf-
focata, licet nutrimentum suggereratur, extincto calidona-
tivo, eo frui non possunt.*

Tais est *μητρίας*. Aldinus & Basileensis, tuis est *μητρίες*, scilicet *φυτῶν*, *διάθεσις*. Plinius loco citato. Arborum quidam communes morbi, quidam privati generum. Communis vermiculatio est, sideratio, & dolor membrorum. unde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominum miseriis. Σφακελίσματα vertit, dolorem membrorum, vel, ut alius placeat, dolorem nervorum, quod infra scribat. verum, ut homini nervorum cruciatus, sic & arbore, ac duabus æquè modis. Utro modo legas, ineptum est. vegetarijani, non sensitivam animam habent plantæ. unde igitur plantis dolor? Theodorus radicationem vertit, quod paulo infra scribat Theophrastus, καλέεται δὲ σφακελίσμος, οὐ τοις αἴτιοι μεταβολαῖς. Attamen cum lib. 5. de cau. cap. 11. folia, ipsumque stipitem hunc pati mōrbum scribat, οὐτοῖς δὲ πατεῖ καὶ τοὺς σφακελίσματα διπλοῦ ταῦτα καὶ τοὺς ζύγους λαβεῖς θραυστικούς, καὶ τοὺς εἰπεῖ τοὺς γάνων μετατρέπεις καὶ τούναντα καὶ τοὺς φρεσούντας τοὺς εἰπεῖς αὐτῆς, εὐθὺς τοὺς εἰπεῖς πάντας, εὐθὺς διατρέπεις σφακελίσματα, οὐτοὶ μετατρέπεις οὐδὲ επιτρέπεις οὐδὲ πατεῖς τοὺς αὐτούς. τοὺς δὲ σφακελίσματα σφακελίσματα καλοῦσθαι. Radicatio mōrbus hic dici nequit; vide cap. citatum & sequens 12. e iusdein libri. Cæterum, sphacelismus de arboribus dicitur, cum radices, stipites, folia nigrescunt atque emoriuntur. cum vero cœli injuria tabescunt, quod sideribus causa impurgetur, sideratio nominatur. Est igitur σφακελίσματα mortificatio, amissio animæ vegetativæ, propter caloris nativi & insiri extinctionem. vide lib. de cau. 5. cau. 11. & 12.

cap. II. & 12.
A narmo &c. tenui & ex aliis lanae, &c. Plinius loco citato, vermiculans magis minusve quedam, omnes tamen fere. Idque aves cavi corticis sono experiuntur. Nam quidem & in hoc luxuria esse cepit: prægrandesve roborum delicatiore sunt in cibo, cossos vocant, atque etiam farina saginata hi quoque altiles sunt, &c. Ferè inquit, omnes. Theophrastus, a narmo &c. tenui, omnes, ut sic dicam. Idque aves cavi corticis, &c. Præceteris hoc experiuntur pici Martii. Prægrandes roborum delicatiore sunt in cibo. Alii codices, delicatores sunt in cibo; cossos vocant. Idem Plinius libr. III. cap. 33. Sic quedam ex imbre generantur in terra, quedam & in ligno: nec enim cossi tantum in eo, sed etiam tabani ex eo nascitur, & alia ubicunque humor est nimius, &c. A similitudine horum vermium homines rugosi corporis, ab antiquis cossi dicti sunt, unde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est, ex qua fuit Cossutius Cæsaris uxor, cuius meminit Suetonius in vita ejus. Cossutius Hieronymus contra Iovianum ζυλαθρόν vocare videtur. Est vermiculus Phrygiae & Ponti in delicisiis, albus, obesus, nigello capite, naicens in carie lignorum.

Ta die videntur. *ρατίστης* ovem, &c. Plinitius loco citato, maxime autem arborum hoc sentiunt pyri, mali, fici.

Tā δειπνία καὶ δεῖδη, &c. Plinius, minus quae amara sunt
odoratae. Theodorus, acies & succo humentes lacteo.
Uterque peccavit, sed magis Theodorus. τὰ δειπνά, acres
sunt, que acri sunt sapore, gustum habentes pungentem. He-
sychius, δέρματα δένεται, τυλίγεται, οφοδεγς θεραπεύεται. Theophras-
tum non scripsisse, ex libr. 5. caus. cap. 11. probatur.
τηνίσταθε σκωληκόντα τὰ δειπνά. Negari tamen non potest,
amara minus quam dulcia vermis infestari. Theodo-
rus, ἀντὶ δεῖδη, δεῖδη legit. Vulgaram lectionem Plinius
defendit. Præterea ficus succo scatet lacteo, attamen inter
eas resertur arbores, que facile à vermis lēduntur. At-
qui ficus etiam acri. Respondeo succum acrem esse, sed
non ipsum lignum, in quo vermis.

Hæc in aia, &c. Plinius loco citato. *Olea præter vermiculationem*, quam æque ac *ficus* sentit, *clavum* etiam *patitur*, sive *fungum* placet dicere, sive *patellam*. *Hæc est solis exustio*. *Exor*, *clavum*, *vertit*, & hoc *Exor* denotat. Est etiam oculi vitium; *clavo* perfimilis albus rotundus *callus*. Pollux libr. 4. cap. III. *παρεγένθι τολείδης, παρεφίλης, παρεγένθης, ἀλοεῖδης* (malè ἀλοεῖδης edunt) *ἐπάνωτις οὐδὲ σεγέντες, τοξεὶς οἰλίου σάρκης δαπανῶνται μελισσαὶ τετράχυν*. Celsus libr. I. *Clavi autem vocantur callosa in albo oculi tuberculata, quibus nomen à figura similitudine. ἀλοεῖδης ergo, non ἀλοεῖδη, legendum. Mórus metaphoricas pro morbo oleæ, qui & Latinis fungus dicitur. Δοκιμά Plinius patellam interpretatur, Gaza ollam. patella similius est, quam ollæ.*

*interpretatum, Gaze vitium, pacine nimis est, quod
Touto διεῖσθαι οἷον κακόν τοις. Male in Ald. & Baf. scri-
ptum est, ἡλος αὐτῶν. Plinius legit, τοῦτο διεῖσθαι οἷον κακόν τοις.
Hæc est solis exustio. Perinde est quam sequaris lectio-
nem, vulgarem, an Plinianam.*

Διαφορεγμένης δὲ τούτης Plinius legit, οὐδεὶς εἰσήγειται οὐδὲ εἴ τις αὔτη πολεῖ, καὶ εἴ τις αὐτὸς. Διό τὸν ταπείρονόν τοι male Ald. & Bal. τανόσθιον τῆς πελουσίας, Plinius. Nocet plerumque vītībus αὐτοῦ oleis nimia & fertilitas. Probabile Theophrastum scripsisse, εἴ τις αὔτη πολεῖ, quod in αὐτῷ inutatum est. Theodorus εἴ τις ιδεῖς novellas vertit.

^Hab. ^orig. Plinius loco citato. Scabies communis omnium est. Impetigo & quæ ad nasci solent, & chleæ peculia ria feriorum vitia; nec ubique. Sunt enim quædam egritudi nes & locorum. Theophrastus scabiem & cochleas feriorum vitium tradit. Plinius impetiginem feriorum facit, scabiem communem morbum. Scabies alequin & im petigo res ferè eadem, nec multum diversa.

Καλεῖται δὲ σφακελόποιος, Plinius. Verum ut homini ne-
vorum cruciatus, sic Arbori, ac duobus aequè modis. Aut
enim in pedes hoc est, radices erumpere ut morbi aut in arti-
culos, hoc est, caccum inum digitos, qui longissime à toto cor-
pore exirent. Inarescunt ergo, & sunt apud Graecos sua no-
mina utrique vitio. Undique primo dolor, mixtū & macies
earum partium fragilis, postremo tabes, morbusque (codex
Tolet. mors) non intrante succo, aut non perveniente, ma-
ximeque id fici sentiunt. Quia de dolore à Plinio refe-
runtur, ea inepta & stolida, ac planè tanto viro indigna,
nemo non novit, plantas insensiles unde ergo dolor. Ma-
le etiam pro ~~μαλαζήν~~, ~~μαλαζήν~~ legit. Arescant quidem
prius quam nigretunt, sed ~~σφακελίης~~ non antequam
nigræ factæ sunt. Ut in animali membrum non dicitur
sphacelo laborare priusquam mortuum, exuccum, &c ni-
grum sit; ita nec radix sphacelismo laborat, antequam
exucca & nigra. Male ergo Theodorus ~~μαλαζήν~~ verit,
inarescant, marcescantque, pessimè σφακελόποιος reddidit
radicitionem. Vide animadversiones Scaligeri. T
Keddos. Scribo καράδα. De hac voce plura dixi libr. r.

cap. 13; non pauca capite de sicu. Nemo unquam fici ramum *κεγδόν* vocavit. Ipse Theophrastus libr. 2. cap. 7. *κεγδόν* nominat. Galenus in Lexico. *κεγδόν* συκών οὐ μέγιστος. Grotianus. *κεγδόν* οἱ μὲν τὰ μὲν φύλαξ, οἱ οὐ μέγιστοι δέροι, vide locos citatos. *Κεγδόν* lib. primo verrucosa extuberatio, quæ præcipue arborum divisuras occupat, quibus caudex primum velut in ramorum brachia distinguitur. *Κεγδόν* vero morbus maxime in sicu, cum in articulos & cacuminum, ut Plinius loquitur, digitos vis morbi erupit, ramique denigrantur.

'O dñe ieiros. Plinius, loco citato, *Caprificus omnibus immunis est, que adhuc diximus.*

H. d. Phœb., &c. Plinius. Scabies gignitur roribus len-
tis post Vergilias. Nam si rariores fuere, perfundunt arbo-
rem, non scalpunt scabie. Ceterum si cadunt, sive imbras
nimis fuere. Hæc corruptissima. Scribit Pintianus ex
Theophrasto; Nam si rariores fuere, perfundunt arborem,
non scalpunt scabie. Ceterum si cadunt imbras nimis, eluunt
rōrem aut scalpunt. Nobis simplicissima placet correctio.
Nam si largiores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt

scabie. Ceterum grossi cadunt, si imbreſ nimis fuerunt. Hæc lectio Theophrasti auctoritate fulcitur. Post Vergilias: intellige, post Vergiliarum ortum. Oribantur autem Varronis ævo libr. 1. cap. 28. quadragesimo quarto die post æquinoctium vernum; id est, si novum calculum sequamur, quarto Maij die: fin vero antiquum teneamus, 24. Aprilis die. Scribo, nam si largiores fuere. Theophrastus in dī mōlū dōmōlūtay. Plinius, perfundunt arborem, id est, luunt caufum scabiei, non vitiant. Emeridavimus pæterea, grossi cadunt. Theophrastus, οὐδέποτε δί τινι καὶ τις εἰσιν δομέσιν, καὶ τινὲς δολέσιν. Et accedit tunc, ut et capriscous et grossi decident, nimirum si copiosus cadit imber.

*E*ccas & r̄n̄s ὀλωδ̄. Scribe ier̄as. Dę his vocibus supra cap. 6. lib. 3. & libr. 4. cap. de siccū multa dixi. Hic locus ostendit ier̄as & ὀλωδ̄ diversum esse. *E*ccas hoc loco siccū sylvestris immaturus fructus, ὀλωδ̄ domesticē immaturus. Galenus lib. 8. simpl. τὰ δὲ τὸν ἵπτον συκῆς δεμασίας εἰς τὴν Διαφορικήν δινεμάσια, οὐ τούς δὲ τοὺς ἡμέραν ὀλωδ̄ μετίχεντος γένεται τὸ συκῆς ὄποι. Porro sylvestris siccū fructus immaturus acris ac digerentis est facultatis. Sicut etiā domesticē immaturus. inest enim iis nonnihil succi ex siccū arbore. Idem cap. sequenti, ὁ δὲ τὸν ἀγράνας συκῆς λόγον ἴσηρε πολὺς τοις καὶ χαλδ̄, &c. Plura qui velit, legat locū citata.

Tas dicitur, &c. Idem repetit libr. 5. de caus. cap. 14. nisi quod tradat in oleo creari, in fico parere cerastrum. Plinius loco citato. Eorum (vermium) qui in fico existunt, alii nascuntur ex ipsis, alios parit (vulgo pariter) qui vocatur ceraastes. Omnes tamen in cerastrum figurantur, sonumque edunt parvuli stridoris. Plinium non sequitur Theodorus. Vermem enim hanc cerastram vocat, cum cerastrum dicere deberet, sed hoc nullius momenti; vi-

deant Grammatici, uter rectius, Plinius, an Theodorus.

"Ωστε μαδα, τούτο δὲ καλοῦσθαι λοπάδος. Corruptus codex; omnino scribendum, ἀστερ μυδᾶ τούτο δὲ καλοῦσθαι λιμάδα vel λιμᾶς. Plinius loco citato, alio modo (scribe, alio morbo, vel, malo) sicut laborat radicibus madidis. Idem Plin. eodem capite; Et cum radices quoque pinguescere caperunt, intereunt, sicut animalia nimio adipe. Theophrast. libr. 5. de caus. cap. 12. τὸν οὐκέτι σωματικὸν πουράνην τὰς πίζας οὐ καλοῦσθαι λοπάδος (Ald. codex λιμάδα, Gaza λιμᾶς) legit, quam lectionem probamus. τούτο δὲ εἰς μεδίστης τὴς τοῦ πίζαν. Videt lector scribendum λιμάδα & μυδᾶ, quod etiam ipsa probat ratio. Cur enim Theophrastus uno eodem capite diceret, oleam laborare morbo qui lopas dicitur, morbique causam esse ἡλιον καύσιν, solis ardorem? Paulo infra, sicut morbum sentire, qui etiam lopas vocatur, euimique ortum habere εἰς ἐπιφεύγειαν, imbrum copia. Manifesta contradic̄tio esset. Sed nec imber potest esse corticis defluxionis causa. Extra omnem controversiam est, si cortex à ligno abscedat, causam illius separationis esse, humoris, quo cortex & ipse sibi & ligno articulè conjugebatur, absumptionem, atque adeo ariditatem: imbrum autem copia ariditatem facere nequit. Ex accidenti tamen corticis casum fieri posse ex nimio humore, non nego; puta quando ab inutili copia humoris succus utilis diluitur, ac ad alendū ineprus redditur. Memini me observare sicut opaciori atque humidiori constatam loco, prius situm circa partes radici proximas contraxisse, post vero putredinem, & corticis lapsum consecutum. Casus hic non in humorē referendus, sed in putredinem. Neque putredo ab solo humore, multo minus imbribus, sed ex humore, & defectu caloris solaris, & flatuum penetratione. Neuter enim inutilem extraneumque humorē absumere potuit: in opaco quod ubi nec solis radii, nec venti pervenire queunt positā hæc sicutus esset. Ex hac putredine absumptio est & defectus, quo nativi humoris veluti glutine conjungebatur cortex & lignum. Ergo à sola siccitate corticum lapsus, quanquam ex accidente ab humore fiat. Cæterum λιμᾶς Theophrastus vocat, nimio turgere humore; nimirum cum eæ largioris humoris copia distentæ putrescant, & arborem necant, vel exuncto calore suffocantur.

Πρός τὸν ἀσεβεότατον. Vitem quandoque hoc malum pati, docet Cassianus Bassius, lib. 5. cap. 4. cui titulus αἱστεράντιον αἱμπίδιον Βιοταρος. M S. codex Καπάνος. Utrum præstet, videat lector, nobis perinde est. De syderatis vitiis hæc tradit. Τὰς αἱστεράντιον αἱμπίδιον, γρεινούς μὲν εἰς τὰ φύλα πάντας ιστερίας εἴρει. (alt. codex. ixav) θεραπεύοντος δὲ περίτερον πάντα (alter, λιαν) Διχούλιος τὸ στέλεχος. ή Διχός τε πευπήλιος δρύνον πασταλον τρισσαλον ή διπεντελεον θεραπεύοντος πίζας η μεθαίνειν ομοιως πασταλον τελεχίστος τε τῇ γῇ (M S. θελεχίστος τῇ γῇ) η εύπτας θεραπεύοντος τὸν αἴμπιλον. διὰ τοῦτο εἴρει ποτε, αἷδοι δὲ τὸ ζεύπτας η ταῖς αἴφιοι οὐδεὶς ποτε ιρρατεῖται ποτε, ίλιον μὲν τὸ αἴφαλτον ιψοντας, οὐδεὶς τοι. (M S. codex ίλιον μὲν τὸ αἴφαλτον τελεχίστοντας θεραπεύοντος ιψοντας διλογόν τα τοιαύτας εἰδος. Scribendum ad hunc vel similem fensum, ίλιον μὲν τὸ αἴφαλτον τελεχίστοντας θεραπεύοντος, ιψοντας διλογόν τοιούτας εἰδος.) αἷδοι δὲ τὸ Βιοταρος Διχός πίρης ίλιον μὲν τὰς αἱστεράντιον θεραπεύοντος, ηδὲ Διχοπίρης τα στέλεχον δὲ οὐδεὶς αἱθράπιλον τὸ στέλεχον η ταῖς πίζαις καταπικτονοι. Syderatas vites cognoscet quidem ex eo, quod folia valde subruba habent; curabis autem si terebro tunicam valde perforaveris, & per foramen quernum pacillum indideris, aut si parum de radice abruperis, similiterque palum intrusoris, & terram circumaggesceris, atque sic sane, item curabis, alii autē hujusmodi vites marina aqua rigant: alii εἰς has, & quæ à quocunque instrumento percussæ sunt oleo cum bitumine in unguenti formam coko oblinuntur. alii velut in Bithynia experimento deprehenderunt, quomodo syderatis sit subveniendum, clavo nimirum truncos penetrantes, alii vero urinam humanam trunco & radicibus affordunt.

"Η δὲ αἱμπίδιον τεραγῆ. Plinius loco citato, Vitibus præter vermiculationem & siderationem morbus peculiaris articulatio. Tribus de causis: una vi tempestatum germinibus ablatis: altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis, tercia, cultura imperitia læsis. Omnes enim earum injuria in articulis sentiuntur. τεραγῆ Plinius, articulationem vocat. In altero codice hirculatio habetur; quod τεραγῆ significat. Vulgatam tamen rejicere non ausim; quod sequatur, Omnes enim earum injuria in articulis sentiuntur. Τὸ τεραγῆ de vitibus dicitur, quæ fructum non ferunt, sed foliis ramisque luxuriant, & paupertatem foetuum compensant foliorum & ramorum multitudine. Palladius libr. in Novembri cap. 9. Locis calidis & apicis vites, quæ fructu carent, fronde luxuriant, &

pauperiem stetuum compensant ubertate foliorum, πηνερπτατε pressus conveniet, frigidis vero mense Februario, si permanebit hoc vitium, circumfossas arena fluviali, vel cinere debemus aggregare; quidam lapides inserunt inter flecaūsa radicum. Hunc morbum Cassianus Bassius lib. 5. cap. 38. υλομάτην vocat, cuius codicem a mendis hac occasione repurgabo. Vulgo legitur; τοις υλομάτηνς μαχρούσιοι διὰ σπιληματοθρόματος τοῦ λεφάσιν, ταῖς δὲ ιπτηνονοι γρεινούσι, άπομονοταπαιοι ιπτηνοι, ηπορθρό, τοῦ οὐλού τοῦ φρεσος, διὰ τοῦτος πίζας οὐλούς προστασίαν, ιψα αιακύραν τῶν αἴρατων. Vertunt; Eſfundentes se in multâ materiâ vites brevius presecare oportet, exsartante & enim quiescent. si vero adhuc non cessent, facta pastinatione, barenam stuviale aggeremus & modicum cinerem: alii circa radicem lapides ponunt, quo vitem perficunt. ειπηματοθρόματος τοῦ λεφάσιν, Vertunt; exarmata enim quiescent. Quæro primum, qua in re quietant, &c. Folia tantum ferunt & ramos. Sed remedium adversus morbum istum prescribit Cassianus. Deinde quæro, utrum λοφῶν significeret, quiescent? Certe λοφῶν, unde λοφία, apud Latinos idem est quod tumulus, collis, apex, crista, galerus, collum, vertex capitis, fastigium. Helychius, λοφος οὐλῆς τένος, γῆς πετασίσμα, καὶ ἀκεφαλαῖος, η τραχύλος; Idem, λοφους, ιπτηνοι: λοφος τοῦ βαρχετοῦ πεποταστηται. η τραχεφαντοῦ η οὐλής. crista insignis, que cervicem erigit & crista surrigit. λοφία seta, juba, unde λοφους, jumenta quæ candam & jubam habent, ut supra libr. 3. cap. de taxo dixi. inde λοφία, crista habeo, crista sum. Scribe ergo, λοχαροντοι, fructum partent, generabunt. Helychius, λοχαροντοι, πεποταστηται. Idem, λοχαροντοι οὐλής γῆς, ποιητεις εἰδος τοῦ καρπού φίσουσα, τετρασκούντα, qua multis spicas fructusque profert. Et hoc primum mendum. Αοφῶν enim scriptum non fuit, nec pro quiesco memini me observare, sed inde non sequitur, alibi hac significacione non reperi. Εἳς δὲ ιπτηνονοι γρεινούσι. Πρεσός σενεσο, sentio senectutem. Idem quod γρεινον. Helychius, γρεινοι φίσαι, λόχαι, tabescit, decrescit. Quæ locum hic habere nequeunt. M S. codex γρεινον. Scribe, γρεινον. Palladius, Si permanebit hoc vitium, circumfossas arena fluviali vel cinere debemus aggregare. Suidas, γρεινοι. φιλάσσου, πεποταστηται, η λοφοῦ τοῦ φρεσοῦ ποιηται, σε τῷ φρεσοφρεσοτεν. Aratus, καὶ φυτα γρεινον. Interpres, φιτενον, η βορρον δεσκαλα, η πεποταστηται Nicander in Alexiphar.

"Ἡ σο γρεινοι καταλύτα βώλακα γαίης.

Ad hunc versum commentator, γρεινοι, αὐτὶ τοιούτων γενεας δενδρες. Vera ergo lectio, γρεινοι, scrobem fodentes, pastinantes. Et hoc alterum mendum. Tertium ιπτηνοι ηπορθρός η οὐλής. Porro Græci vites quæ se nimis profundunt, & sine fructu luxuriant, τεραγῖον αἱμπίδιον appellant; sumpta metaphora ab hirci more ac natura. Nam hirci, qui τεραγῖον dicuntur, quando Veneris stimulantur incendio, ac coquunt; quod τεραγῖον, hircuūtare vocatur. Quando macriores sunt, semine scatent uberiore ac fecundiore. Obesiores ac pinguiores facti, ad Venetrem exercendam tardiores, manusque fecundi fiunt. ita nimia soli fecunditas, vitibus sterilitatis causa est. Aristoteles libr. I. de generat. Animal. cap. 18. ομοιοι δὲ καὶ τὰς τεραγίους αἱμπίδιους παιδος, αἱ τεραγίους τεραγίους ιψενερπτατες, ιψι τεραγίους ποτε οὐτε οὐτοις οὐχιοις. (αντίρρητοι) διὸ καὶ τεραγίους παιδοις. Similis & vitibus affectio incident, quæ nimia alimenti copia luxuriant, & hircuire tanis per dicuntur; nam hirci pingueſcentes minus seminis habent. Quam ob rem eos solent ante extenuare, & vites hircuire, ab ea ipsa hircorum affectione dixerunt. Hoc malum vitibus tribus de causis accidere Plinius refert ex Theophrasto; quarum prima, quando tempesta germina abruptit; altera, cum in supinum excisa sunt vites. Codex Toletanus non legit excisa, sed recisis: vulgata præstat. Cave intelligas germinibus excisis, sed iphis vitibus, ut ex Theophrasto colligere licet. Tertia causa, quando culturæ imperitia sunt læsæ vites. Vide lib. 5. de caus. cap. 13.

"Τοις δὲ, &c. Plin. loco citato. Siderationis genus est in his deflorescentibus roratio, aut cum acini priusquam crescant, decoquuntur in callum. id est, si non defluunt, vel si remanent, strigos ac exiles sunt νιψε. Idem eodem capite, Pessimum inter omnia, quum deflorescentem vitem percussari imber, quoniam simul defluunt fructum. Ex Plinio constat, Theophrastum non κερατωδεῖς scripsisse, sed πλαστῆς lib. 5. de causis, ubi idem locus reperitur, κερατωδεῖς. Scribe, κερατωδεῖς, & verte, Roratio, quod quidam θεον, id est, acinos defluere vocant, fit vel cum deflorescentis vites nive obrutus, vel, quando algore lædit. ιψιφοις non significat irrorare, ut vertunt,

vertunt, sed nive obrui Hesychius, ιφει, χιονίζει, ιφέι χιονίδις, ιφέστη χειμένεια χιονάδι, χιονόρρα. Malè ergo vertunt, irrorat. Plinius, percussit imber, τὸ κρύολαζαλγερε. Hesychius, κρύολαζα, Φράκτα, μιστα, τερζήα. κρύος, ριζός, Φύκος. rigor frigus. Cassianus Bassus lib. 5. cap. 37. Vites non continentis, ῥυάδας, δῶτις ἡ ρέει à defluendo vocat. τὰς ῥυάδας εἰς τὸν φύλακον δικηρίστες (yulgo δικηρίσθως) λαμπτηρίδιαν τὴν πατέρην γενομένων. τὸ τε κλῆμα, τῶν αὐτῶν τοις μισταῖδας, καὶ σπιλοὺς ἰχυούσιν. θεραπίσθεις εἰσὶ τεφρατιφεργυροῦ οἵσει δελματίαι, πρώτους τὰς στέλεχους. Εἰ καταρρέειν τὰ κυκλοφορεῖσθαι τὰ στέλεχα. Εἰ καταρρέειν τὰ στέλεχα. Εἰ αἱ τὰς αἴρεταις. τῇ τεφρᾳ οὐρανούρη, καταψεκαστο, τὰς ἐπιτάπιον ὑδάσ ταῖς ῥίζαις πτιχεῖσσιν. αἴρει τὸν βορεῖον τὸ πλαγίον ἀφιεῖται, Εἰ κατέλιπεν τονδιάδοντος. ἐπιθήτως ἐριστές, εἰ μη συγχρονούτιν καρπό, δῶτις ἡ ρέει. Vites rhýadas Græcis appellatas, (quæ Latinis deflue five fluxæ vocari possunt) ex foliis cognoscere subalbidis & subarefactis, sed & sarmamentum latum, & instar loris fractile, ac molle habent. Medeberūs igitur cinere aceto acerrimo subacto illinens stirpes, & irrorans, quæ in ambitu sunt trunci. ipse etiam vites cinere liquidoo facto respurgendæ sunt. quidam vero marinam aquam radicibus affundunt: alii racemarum summas partes auferre & impedire studio habent, vocatae autem sunt rhyades fructum non continentis, à defluxu.

Era de pīpōurte, &c. Plinius. Aegrotant & cum alere, lefis uredine attonſarum oculis. Et calore hoc evenit tem- pefivo : quoniam omnino modo constant. certoque tempera- mento fiunt.

*Misericordia est etiam clemens et misericors, &c. Plinius loco citato, Et culpa
vinitorum colentium, cum praestringuntur, ut dictum est. Aut
circumfossor injurioso iictu verberavit. Vel eriam subarator
imprudens laxavit radices, corpusque desquamavit. Est que-
dam contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis diffi-
cilius tolerant frigora aut aestus : quoniam in ulcus penetrat
è foris injuria.*

Párras d' Sacerdócio. Scribe, aduersari. Plinius loco citato. Infirmissima malus maximeq; quæ dulcis est. Theophrastus, infirmissimam malum, iugulo vernam ait, & in hoc genere, quæ maximè dulcis est.

"Eius ἵ πηγασις, &c. Plinius. Quibusdam debilitas sterilitatem non necem ad fert, ut si quis pino cacumen auferat, vel palmae. Sterilescunt enim, nec moriuntur. πηγασις. Verit. lentitates Theodorus læsionem, multo rectius Hesychius πηγασις, βλάση, λύπη, τύφλωσις. Vide cap. 24. & 25. lib. de cauf. πίνος Theodorus laricem, Plinius pinum vertit. Neuter recte. Vide cap. 10. lib. 3. Vide libr. 5. de cauf. cap. 24. Cæterum hic locus est Theophrasti, quem vertit verbis citatis Plinius, & errant viri gravissimi, qui scribunt, Plinium hec Theophrasti verba transtulisse. Hæc quæ reperiuntur, lib. 5. de cauf. cap. ultimo. Ιδια ἵ πα περι τον φοινικη κήπου πίνον. ὅταν γέρε τη καλούμη, πολλα σὸν διατηνται μὲν ἀκαρπα ἵ γίνεται. Verum istic verbis non dicit Theophrastus si cacumen palmae auferatur sterilescere, verum si quid ex eo mutiletur & ampuretur. Hic sensus istorum verborum Theophrasti, sed aliud hoc capite docet. Ἀφίση τὸ ἀκεραι nihil aliud, quam, si quis cacumen auferat. Hesychius ακεραι, μετέμφρ., τύφλωσις, cacumen. Cæterum post-

KEΦ. IZ.

*De Arachinio morbo oleæ , deque tabe , uredine. Quæque morbis
præcipue infestentur.*

^{πρώτη} Κίνημα μὲν ἀλλού νόσημα τοῖς τὰς ἐλαῖς "δέσ-
χίνιον καλούμενον. † Φύεται ωρὸς τοῦτο Εὐρυ-
πίδης τὸν καρπὸν. † Μῆτικανεί γένεται πάντα, Ε-

Plinius. ἐλαῖα καὶ βότρων καὶ ἄλλους καρπούς. οἱ δὲ καρποὶ
ἢ ἀπὸ Αἰ- σκωληκοῦνται τινῶν· οἷον ἐλαῖας, αἴπιον, μηλέας,
διν. Bas.

μεταπλησίας, γοράς. Ε σογή της ελασσούσας σπωλής, εστι μόνη
ταῦτα τὸ δέρμα γένηται, Διαφέρεις τὸν καρπὸν ἐστὶ δὲ
“κωδύστα δὲ τὸν πυρίνα Διαφάγη, ὥΦελεῖ.” καὶ λύνεται σῆμα τοῦ

Εωλευταὶ δὲ τὸν πορώνα Διόφαγη, ὡφέλει. Καὶ λινετὴ σὲ
Plin. Scal. τῷ δέρματι εἴναι ὑdat. αὐτὸν δέκτουρον γενομένου.
γίνονται δὲ ἐν τοῖς δρυπεπέστοις σκάληκες. αἱπερχεί-

πους εἰς τὴν ῥύσιν. ὅλως μὲν Εἰς δοκοῦσιν εἴναι τὸ σπιτικόν.
διὸ καὶ γένονται τοῖς νοτίοις, Εἰς μᾶλλον όπερες εὐθύδραις.
εγγένονται μὲν Εἰς κυάπτες ἐν τοις τῶν δένδρων ἀστέρες οὐαὶ^{τη}
τῆ δρυὸς Εἰς τὴν συκῆ. Εἰς δοκεῖσιν όπερες υγρότητι Οὐσώνι.

riori loco Theophrastus de ea tantum palma loquitur,
quæ in Græcia nascitur. Quia enim ibi tardos & raros
fructus fert, ideo vel modica mutilatione ne fructificet
impediti posse, vult pura, quoniam in solo non suo vivit.
at in illis locis ubi nasci amat id non fieri, nec ramorum
mutilatione sterilescente ibidem asserit. *et i] omnis p[ro]p[ri]etas xar-
ges ious con[tra]xarpi. o[ste]n[di]t t[er]rena[re]t, si un[us] ar[bo]r[us] q[ui] n[on] h[ab]et x-
lou[od]ra. In natals solo non sterilest recti ac diminuta.*
De cacuminatione palmam mori cap. 2. lib. 5. de causis
docter.

Firantur 3. rōris, &c. Plinius. Agrotant aliquando. Et pomaria ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbras aut tempores vel afflatus defuerit, aut contra abundaverit. Decidunt enim vel deteriora sunt.

Kατάπι, &c. Plinius. Sunt ex eadem causa (imbre) na-
scentes & erucæ dirum animal, eroduntque frondem, alie flo-
rem, olivarum quoque, ut in Mileto. ac depastam arborē tur-
pi facie relinquunt. Nascitur hoc animal separe humido ac
lento. Aliis animalculis infestari oleam, ex Cassiano Baf-
fo colligere licet, qui lib. 9. cap. 10. ita scribit, περὶ
ηρεπίτων οὐ τῶν λυμανούσιν ἡρεπίαν εἰ τὸ δὲ θεῖον οὐ
βλάστερν, τὸ τοῦ αἵματος ἀπότολμον λόγῳ προθολικῶν οὐδὲ δέξαμεν. In om-
nibus M. S. cod. legitur, περὶ οὐ τῶν λυμανούσιν ἡρεπίαν
περὶ τοῦ δέοντος, &c. Ita M. S. C. nisi quod in uno pro ἡρε-
πίαις ηρεπίται legatur, ut vero, curam contra infestantes be-
stias, & lesionem ex ambiente accedentem, in tractatu de
vitibus universaliter docuitimus. capite scilicet 44. libr. 5.
ubi ait, Διαφηγόστης σκωληκος οὐ ταῖς αἱμπίδαις συχλουντες, η
σύρραγειοντις τοῦ μέρερος, τοῦ αἱμπίδαιν, βολβίτης καπτιειδεῖ ταν
κατὰ αἴματος οὐ διέχαλακτον, η κερας ιλάφειον, η ουχας αἴματος,
η ιλάφειον περιοικα, η κερας (χεύρον) πίσσων στην αἱμπίδαις γυ-
μασσωντις, αἱμπίδαισιν αὐτοῖς (αἱμπίδαισιν αὐτῷ) M. S.) περὶ τοῦ
αἱμπίδαισι οὐδὲ φροντις τῇ περιτοι, η γυμασσι τείχον θυμιάσιον, Εἰ τὸς
οὐρογονούσις γυμασσας ἡρεπίασις, η ὡνη μετρεῖσιν τρίχας. Ιητοὶ γι
αὐτοὺς τοῦτο τὸ πάθον άγοντος τῶν τερρον γυμασσωντις ἡρεπίασιτον
άλλοι πινοιται Σοτάκει, άλλοι ή ὥστατας τῶν αἱμπίδαις καλουσσιν
θυμιάσιοντις, η θεραπευτικαντις τοῖς αἱμπίδαις, διπολίκυσον τὴν ἡρε-
πίαν, πηλοὶ ἐπονητοὶ ἔλαιον έψησαντις, γρίσιοντις τὰ πέμπτα τῶν αἱμπίδαιων,
δέοτοι πυθμένοι οὐδὲν (M. S. οὐλίω) ιππών δέξαμενοι. ita εἰ
κέμπται αἱμπίδαιοι μὴ αδιηγήσι, σκέρεδοι λεπάστοι. Χρεῖ τὰ δρέπανα.
Necabuntur vermes vites infestantes, aut partem aliquam
vineæ inhabitacione sua ægrotam reddentes, fimo bubulo
secundum ventum suffito. quidam galbanum, aut cornu cer-
vi, aut unguis caprinus, aut eboris scobem, aut liliti (croci)
radicem in vinea suffientes, bestiolas & serpentes inde ab-
egerunt. exigens similiter bestias tales, muliebris pilis suffici,
atque inde eritā mulieribus difficulter & periculose parien-
tibus. & ob id crudum partum ac abortum expetentibus o-
pitulaberis & eis quarum uterus sursum repit. Nam & ha-
omnes affectiones per pilorum suffitum curant. Alii herbam
peoniam, aut personatiam, id est, lappam majorem appellata-
tam suffientes, aut iuxta vites plantantes, ejusmodi bestias
fugant, quidam succum Cyrenaicum, ut oleum coquunt, &
truncos vistum illinunt, à fundo paulo superiori initio facto,
quo vero neque erucæ injuriam inferant, allio trito arbo-
res illine.

CAP. XVII.

ORitur & aliis morbus oleis, qui Arachinium appellatur. Nascitur enim hoc, & fructum absimit. Adurunt & aestus quidam & olivas, & uvas, & alios fructus. Sentiunt & vermiculationem fructus quorundam, ut oleæ, piri, malii, mespili, punicæ. Vermis oleæ natus sub cute fructum adimit: at si in ipso † nucleo erodat, protest. Sub cute gigni prohibentur pluviasi, quae possit arcturum sequuntur. Et in drupis quoque oleis vermes nascuntur: † qui ad jacturam pejores certe deprehenduntur, & "marcidi putresque omnino videntur. Hinc & austrinis nascuntur, & riguis magis. Gignuntur & culices in aliquibus arborum; ut in † robore, & fico: & consistere ex humore videntur, † corticibus subditio guttu dulci. Gignuntur iidem, & in quibusdam oleris.

Alio malo
olæ labo-
rant quoda-
rancum vo-
cant: inna-
scitur enim
hoc. Vide
comment.
† nucleo eū
erodat.
† que.
marcidiæ.
† quercu-
congesti
sub cortice
dulcisq; hu-
cretus, est gi-
gnatur. Vi-
de comment.

επιθεμ τῆς ἵστος τὸν φλοιὸν συνιστεμένης. αὐτὴ δὲ εἴτε
γλυκεῖα γενομένης. γίνονται δὲ καὶ σύ λαχάνων πι-
σίν. ἔνθα δὲ κάμπτει, Διαφερόντος δηλούντο τῆς δέ-
κτης. καὶ τὰ μὲν νοσήματα χρεὸν ταῦτα καὶ σύ του-
ποις εἴτιν. ἔντα δὲ πάλιν τῶν κατὰ τὰς ὥρας καὶ τὰν
καθ' αὐτὰς γνονδήσων αἰνιρρεῖν πέφυκεν, οὐ διεὶς αὐ-

Ald. Germ
Sind.

Theodor.
Ald. Bas.

αρ υψηλιου Εχοντο πολλου γενεισ αδ. διο και καλουσι καθημενοι. εγινετο διε περιπολης τη πολλακις ηδη Εποχη Αρχιωτων δι ετων τη πιλαρχειαντε, σφρος πονουσι δι μαλισσα των τοσων οι κοιλοι και οι αυλωνες, και οσοι επι ποταμοις, και απωτης οι απνυσσοτεροι. των δενδρων δι μαλισσα συκη.

† οὐκ εἰπεῖσθαι
ιδαῖος οὐκ
μάλλον.
† αἴ οὐκ εἰ-
μένης εἰπεῖσθαι.
Ald. Bas.
" εἰπεῖσθαι.

† αιρετοίς
εκούται Αλ-
Βασ.

三

11
Baf.

Duf.

μόρι. τοῖς δὲ τῷ Θεοῖς, σκηνήγνωσται. αἰλαὶ γάρ
αἱ μόρι νόσοι, πόσιν τε καὶ ποῖαι καὶ τινες γίνονται, καὶ
εἴτι, καὶ αἱ Διὸς πνευμάτων ψυχέρτητα ἡ θερόπτη.
Ἐ τοῖς αἰχνίοις εἶναι κονιάς. Ε καὶ τῷ ὅλῳ τῶν δέ
Ἐ ουμβαῖνον ὁρῶμεν. τοῦτον εὐκαρπεῖ γάρ οὐδὲ σκεῖνα

bus. Alibi vero erucæ , diverso scilicet ortus principio. Et morbi quidem ii fere , atque in his sunt, Affectiones autem quædam temporæ , aut alias per se evenientes , necare affolent , quas nullus dixerit morbos : ut tabes , & quod uredinem quidam appellant. Alii vero apud alios flatus aut interimunt , aut exurunt. Ut in Chalcide Eubœæ Olympias cum flaverit frigidus † ante solstitia , aut post solstitia hyberna. Arbores enim exurit , atque adeo aridas siccasque facit , ut ne sol qui- dem tempusque longum reddere ita possint. Quo- circa uredinem vocant. Hæc saepe alias , † & Ar- chippo Athenis magistratu anno quadragesimo fa- cta vehementissima proditur. Laborant maxime † loca concava , & inter valles , & vicina flu- minibus , atque in summam , quæ ab omni affla- tu penitus silent. Ex arboribus vero ficus præcipue † infestatur , secundo loco olea , oleaster ma- gis laboravit , quanquam robustior , quod mirum fuit. Amygdala penitus , mali , piri , punicae sine † infestata noxa extiterunt. Quamobrem id quoque mirum. Exurunt statim à caudice , atque in totum ma- gis , priusquam (ut ita dixerim) sentiunt partes in- fiores. Deprehenduntur quædam statim in ger- minatione. Olea vero quoniam semper vireat tar- dius. Quæ itaque frondes amiserint , reviviscunt: quæ minus , penitus pereunt. Noniunquam quædam exustæ , foliisque arefactis regerminarunt † sine ulla jactura , foliaque revixere. Id quibus- dam in locis saepenumero evenit , ut in Philippis. Quæ autem tabuere , modo non penitus perie- rint , citissime possunt regerminare , ita ut vitis statim fructificet: sicut in Thessalia fit. Ponto au- tem circa Pantocapæum † tabes bifariam invadit. Aliquando frigore , cum annus frigidus est : ali- quando gelu , si diu duravit. Ambo post brumam , diebus maxime quadraginta peractis , fieri solent. Fit gelu sereno tempore : † frigus , quo tabes , præcipue cum in sereno squamulæ quædam defe- runtur , patent : cassa vero non durant , quan- quam circa Thraciam concrescant. Sed enim mor- bi , quot , qualesque sint , ac rursus interitus , qui excessu hæc aut æstus eveniant , quique ab af- flatum frigore caloreve proficiscantur ex his con- templandi. Quando nil prohibet nonnullos etiam cum sylvestribus communes haberi , tum univer- sa arborum nece , tum etiam magis fructuum lue. Quod aperte evenire videmus. Quippe cum saepe nec illæ probe fructificant. Sed credo haud æ- que id observatum haberí.

† quædam de- feruntur. haec sunt quasi ramenta, ce- terum latio- ra , que vi- sunt sicutie- ri per aëre; ubi cedidere solvuntur,

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Intra d'āllo vōnūg. Non est igitur separanda pars hec tanquam diversum caput. Fefellit istos sectores epilogus ille. nō pōr̄ oīr̄ tēwāt̄ r̄v̄ t̄m̄ l̄d̄. Verum ea ad Miletū, & Tarentū interpositam spectant historiam. At verò & ante eam narrabat t̄w̄ p̄oād̄, communem locis omnibus morbum: & nunc ad priora redit: qui hac abscondit, abscondit & Mileum, & Tarentum à superioribus. Arachnium autem morbum illum nominat tantum, non etiam describit. Quinetiam verbum, φύται, magnum facessit negotium. Non igitur ἀράχνης, ut legit Theodorus: neque ἀράχνη. Et Theodorus rectius fecisset, si hic Plinii esset sequutus: Qui, Araneum, olearum morbam narrat, cū telae obductæ fructibus, eos corrumpunt.

Ed̄ j̄ τ̄ κυρ̄ην̄ Δεφάγη, φιλα. Theodorus. At si in ipso nucleo erodens, prodebet, diceret ut Theophrastus: Nucleū erodens, aut adderet: eum: quod Plinius fecit. Si enim non indices quemadmodum erodat nucleum, statim putas erodere fructum: non igitur prodebet. Legē καλύπτε: non autem, καὶ λύτη ex Plinio.

Communis omnibus mors, & si radices amputentur, vel oīnes, vel plurimæ, & quæ maximæ sint, vitaesque in primis. Igitur ^{imprimis} hos interitus ex demptione dicendum. Qui autem ^{que vite} ^{cultores} oleo consequitur, adjectio verius quadam quam demptione intervenit. Quippe oleum omnia necat. Qua de causa radicum extirpandarum reliquias oleum infundunt. Valet oleum magis in novellis, & in præsens nascentibus: sunt namque debiliores. Quapropter & tangi eas agricolæ prohibent. Necantur & invicem inter se alimenti ^{t & re-} ^{cens natūrā} rapina, & cæteris in rebus impedimento. Molestia & edera adhæscens, ac vinciens, Moleitus & cytisus: nam omnia ferme necat. Sed eo valenter ^{* Halimus.} Auro est. Hic enim vel cytisum ipsum intermit. Quædam non necant, sed succi odorisque viribus reddunt deteriora: ut brassica, & laurus vitæ offendunt. Olfacere quippe eam, & atrahere dicunt. Quamobrem germen cum illis propinquum fuerit, recedere, & atque averti, ut pote inimicum fugiens odorem. Androcydes exemplo hoc usus est, de medela contra vinum confecta: ex brassica videlicet, temulentiam posse propulsari. Quippe cum vitis etiam viva, odorem brassicæ fugiat. Interitus itaque, quo pacto fiant, quot sint, quotque modis eveniant, ex iis quæ hactenus à nobis sunt dicta, patet.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Kοινὴ δὲ φθορὴ, καὶ αἱ ρίζαι. Tres ablationes sunt. prima corticis. Secunda cacuminis. Tertia ab radicibus. Ita aut tria capita sunt, aut unum ex tribus partibus: separatum autem caput.

Αὐταὶ μὲν οὖν εἰς αἴφαιρες. Morbi sunt, aut ταῦτα δοῦλη, aut αἴφαιρες. unde Medicine definitio. nunc δὲ πλεῖστον. Olei vim narrat. Plinius addit, pice & adipem. Aliud caput hoc iterum esse debet, aut altera pars superioris. Nam prima pars tribus constabat membris διαφερομένων.

Ἄρτη φυσικοῖς, Theodoros, in præsens nascentibus. Recens natūrā. Αἴλετον καλύπτονται. Theodoros addidit Agricolæ. Etiam non agricolæ.

Παραφερεῖσθαι. Theodorus, alimenti rapina. Durum. Καὶ τοῖς αἴλοις μεταβλήσει, ut, spatio radicationis. & natura diversa, & umbra.

Οσφαιριός, καὶ ἔλκειν. Plinius siccirco appellavit olfactri-
cem. καὶ ἔλκειν, odorem. Καὶ αἴφαιρες, averti, Theodorus. Amittere vim fructificandi. Male fecit cum Plinium sequens est; Maluit etiam saporem dicere, quam odorem: cum tamen sit, Οσφερηνή.

Idem Plinius. Rhaphanum. in 17. non brassicam, τὸν αἴφαιρον, est interpretatus. at in 20. Brassicam. Vide Galenum in Brassica.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Kοινὴ δὲ φθορὴ, &c. Plinius libr. 27. cap. 24. Radicibus amputatis mori, minimè mirum est plerique tamen non omnibus, sed maximis, aut quæ sunt inter illas vitales abscessis moriuntur.

Πάσαι δὲ θάλαιοι, &c. Plinius loco citato. Pix, oleum, adeps inimica, præsentim novellis.

Χαλεπὸς δὲ οὐκίστος, &c. Plinius loco citato. Necant invicem inter se umbra, vel densitate utique alimenti rapina, necat hedera vinciens, nec viscum prodest & cytisus, nec auro quod alimon Græci vocant. Ita hodie in codicibus expressis legitur. Antiquus codex habet, nec viscum prodest & cytisus: nec auro quod alimodo Græci vocant. Quæ magis quam vulgata corrupta. Ex hac qui indicem in libros Plinii fecerunt, proscripsere alimon auro inimicum, quod planè falsum. Pro auro, ut in antiquo habetur, Doctiss. Gaza, & alii legerunt, nec auro, quod alimon vocant. Inde Gaza αἴλετον interpretatur, lib. 5. de caus. aurionem & lib. 4. hist. Sed eo valentior auro est. Depravatus Plinii codex maximos decipit viros. Scribe ex emendatione Clariss. Salmasii, nec viscum prodest, & cytisus necat viro, & quod

halimon Græci vocant. vel, nec viscum prodest, nec cytisus necat viro quod halimon vocant. Vide lib. 5. de caus. cap. 2. Græcus auctor tradit, cytisum & halimon necare, τῷ πλαντερφίᾳ τῷ διαμερισθῇ τῷ τοῖς αἴλοις, additque, ideo cytisον valentius esse halimon. Σάλεμ, τὸ πλεῖστον ἔλκειν, subaudi αἴλετον. Salēm, Plinius reddidit, virus. Succum saltum nimiri halimi, qui virus est cæteris plantis halimo adnatis. Sed & virus pro saltagine dixit Lucretius in hoc versu.

Ionium glaucis aspergit virus ab undis.

Necant inter se plantæ se se densitate & umbra, & alimenti rapina; necat hedera amplexu & vinciendo; necat cytisus & halimon, τῷ αἴλοντος & succi virtute, quod virus Plinii appellavit. Sed & virus idem Lucretius posuit pro herbarum succo, & virtute naturali.

Concoctosque suo contactos perdere viro.

Quod & huic loco Plinii convenit: nam illis de halimo subjicit Theophrastus. Ινα δὲ οὐ φέρει — οὐ μάρ. Plinius quorundam natura non necat quidem, sed latet, odore aut succi mixtura, οὐ ξυλος θέραψις, est virus. Sic halimon adfitas

fitas plantas verè necat, τῆς ἀλαρεγδροῦ διάρρηψ. Malum & bonum virus dixisse veteres, adnotat Servius.

Kaj οὐνός, &c. Κύνων Græcis Latinisque virile scribunt viri magni, cum tamen apud Latinos fæmininum reperiatur. Columella lib. 9. cap. 4. Post hec frequens sit incrementi majoris surculus, ut rosmarinus, & utraque cytisus. Est enim sativa, & altera sua sponte est. Frequentius tamen masculinum est; ut ex iis quæ infra ex Columella, Plinio ceterisque cirantur, palam fiet. Apud Galenum tamen fæmininum est. Verba infra ex libr. 1. de antidotis citantur. Illud tamen notandum, quod in vulgaribus Columellæ codicibus cytillus per se scribatur, cum in antiquissimo per r. ut apud reliquos Latinos, omnesq; Græcos legitur, si unum in Geponicis locum exceperis. Nam lib. 3. cap. 1. habetur, κύνων θείου χλωρεῖ. & utridem cytisum demetere. Cytisum à Cythno insula, in qua inventus est, dictum volunt. Plinius libr. 13. cap. 24. inquit. Inventus hic frutex in Cythno insula, inde translatus est in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas magno casei preventu: propter quod maximè miror rarum esse in Itali. Non astuum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. Adjicit Hyginus, ne bostrum quidem, propter nullam gratiam ligni. Malunt alii à Cythna insula, quæ à Cycladibus est, nomen accepisse. Trifolius, inquit, iste frutex lotus vegetabile cognominis insulae Cythnae, quæ una è Cycladibus est appellationem fatetur. Vnde reliqua Græcia Latiane factus communis fuit. & mirum quanti putatus ad pecoris pastiones, lactis & prolis proventum. Quare qui κύνων ex Poëtis legunt, possunt aptè interpretari secundum fanum, quod multū languinis, virium, & feminis, absq; quo friget Venus, fuggerit. Certè & nos aliquando κύνων, quasi κύνων, quod lotus esset secundus, putavimus dictū: nunc magis arridet nomen impositum ωδὴ τὸν ιῶν νήσον κύνει, quod mamillas æqualiter latè distentas faciat. Tιθος, mammilla. Suidas, πηδοὶ μαζοὶ. Alii πηδὲ scribunt. Hesychius πηδὶ, πηδεῖ, μαζεῖ, τερφός. Lac copiosum generare cytisum, docet Columella lib. 5. cap. ult. Cytisum in agro esse quam plurimum maxime referet, quod gallinis, apibus, capris, bus quoque, & omni generi pecudum utilissimum sit. quod ex eo cito pingueſcit, & lactis plurimum præbet ovibus, tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo uti, & postea arido possit. Mulieres quidem si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aquam macerari oportet, & cum tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino, atque ita potandum dari; sic & ipsæ valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. Plinius loco citato. Non ex alio pabulo lactis major copia, aut melior, super omnium pecorum medicina à morbis omni usu, præstante; quin & nutribus in defectu lactis aridum atque in aqua decoctum potui, cum vino dari jubet (juvat, scribe) firmiores celsiore que infantes fore. A lactis igitur generatione nomen accepit; sed gaudeat & aliis nomenclaturis. Auctuarii auctor, οἱ οἱ τηλίτειοι, οἱ οἱ λατὸι πέραρι, οἱ οἱ τελφυλαροι, Ταμαντοι τελφολιοι μενιοι. Quæ nomina à tribus simul junctis foliis accepit; quanquam τηλίτη dici possit, quod semen in siliqua, fœnugræco non dissimili, ferat. Alia nomina apud Græcos habuisse, docet Columella, vel alias quis de arboribus cap. 28. Cytisum (quem Græci, aut ζει, aut καρπίλω, aut τελφείλω vocant) quam plurimum habere expedīt, quod gallinis, apibus, ovibus, & omni generi pecudum utilissimum est, quod & ex eo cito pingueſcit, & latet plurimum præbet ovibus, &c. Legunt alii, cytisum (quem Græci, aut ζει, aut καρπίλω, aut τελφείλω vocant) quam plurimum habere, &c. Unde ζει nomen accepit, imaginari nequeo: puto scriptum fuisse ζει. Ζει nomen accepit quod, ut ζει vel ζει (hordei genus, speltam vocant) homini alimentum bonū præstat, ita cytisus pecori, παρεῖ τὸ ζει, quod vivere significat, Plinius, Utiles que ero, sed ocior satietas per quam modico pingueſcente quadrupede, ita ut jumenta hordeum spernant. Vel nomine illud accepit, quod ζει spreverit pejus, ut ait Plinius. vel ζει dicitur, quod avide magnoque cum ardore expetatur à pecore, δέον ζει, vel ζει, quod ferrere, ardere significat. Hesychius, ζει φίζει, καρπίλω, quasi καρπον οντη, id est, victoria pecoris, quod eo invento exultarit, ac quasi victoriā cecinerit pecus. Καρπος enim pecus, Hesychius, καρπος φθιζεισκη, καρπατος. Eadem de causa ab aliis δεοφυλαροι dicuntur. Hesychius, δεοφυλαροι, κύνων, ισι οικα θεμαδην. arnophyllus cytisus fruticosa planta. Αρνοφυλλοι vocatur, quod oves & capræ libenter folia cytisi commendant Virgil.

Torva leana lupum sequitur, lupus ipse capellam Florentem cytisum sequitur lasciva capella.

Tελφειον dicitur, quod delicatus sit ac mollis; vel, si quis mavult τελφείλω vocare, dicat, nomen hoc impositum a

tribus quibus cytisus præditus foliis. De cytisi facie pauca Theophrastus, nisi quod libr. 5. cap. 4. scribat, cytisi materiem nigram, ac ad ebenum proximè accedere. Describitur à Dioscoride libr. 4. cap. 113. κύνων θείου ισι λευκῆς ὄλεως πάρειρος, κλαδος αντίς πηχυώνος & μελορας, οὐδὲ οὐδὲ φύλα όμοια πηλοι, η λατηνη τελφυλαροι μικροπέρα στελεχεις καὶ παχυτεροι μελορας. Εἰ τοι διστρεπτηνα τοις δικτυλοις οὐρα οι λαμπες. (Lacuna in veteri codice legit, λατηνη) ει δι τη γανδεις ορεις ιπτοις κλανεταις. Cytisus frutex est albus in totum, uti rhamus, ranos spargens cubitales ac etiam num majores, in quibus folia fœnugræci aut loti trifoliae, nisi quod minora sint, dorsoque medso prominentiore. ea digitis trita erucam (Lacuna, lotum) olent, gustataque cicer sapient. Galenus lib. 1. de antidot. cap. 4. Cytisum, ad myrti altitudinem crescere scribit, quod vel ipsa experientia verum compertum. οὐδὲ οὐδὲ τοις γεγένεσι τοις κυνίσιον τοις οὐδολορεται ποσιν, οὐδὲ πλαστηριστοις ει τοις αἰγαλον αιτηναις εις μεταστροφας. Θαυμασιοι ει ισι φοινικης κυνηνοις εις ιψης αιγαλον αις μεταστροφας. Hoc siquidem de cytiso scriptores omnes tradunt, apes ex cytisi floribus plurimum mellis excerpere. Fruticosa vero planta cytisus, eam altitudinem attingens ad quam myrtus crescit. Hæc certe ex orientia magis confirmantur, quā Dioscoridis sententia. Folia Plinius ait libr. 16. cap. 24. ramulosa esse; melius Dioscorides loto comparavit. Præterea non capio quid velit Plinius, cum scribit, ramulosa ulmo & cytiso: quasi omnium arborum, fruticumve non essent ramulosa. Oleæ enim & populi tolim æque ramulosum ac ulpi; sic genistæ, culti, aliorumque fruticum tam ramulosum ac cytisi. Et hæc de cytiso veteres; nisi quod Strabo lib. 16. Geographiae scribat, balsum arborem esse odoratam & fruticosam, cytiso similem. Pro cytiso vero habetur cuius imaginem exhibet.

Cytisus Maranthæ.



bemus, quem primus Bartholomæus Marantha invenit. Frutex est temporis tractu arborescens myrtæ modo, humanam altitudinem superans, in multis ramulos lese explicans, totus candidus, præsertim solo natali; transplanatus candidum illum colorem magna ex parte amittit, ita ut virentem potius, quam candicantem diceres. Folia singulis pediculis terna, incana & albicantha, quæ trita erucam non nihil redolent. Circa Neapolim vero in colle quodam qua ad Nefidem iutur, si digitis terantur eruce proximum odorem emitunt; gestata legumen sapient, maximè cicer. Flores fert in summis virgultis elegantes, aspectu pulcherimos, luteo saturato auri colore reluentes, quemadmodum palustris planta quæ pro caltha ostendi solet, forma genistæ, sed minores, & amplius colorati. Sucedunt valvulae,

valvulae, sive filique, planae, recurvæ, falcitæ, crescentis lunæ formam referentes, in quibus semen parvum, vix in eunte æstate maturescens. Caudex nigrum cor retinet & ebeni æmulum: ex quo horarias preces Neapoli magno quætu conficiunt, atque apud artifices vestigia etiam lignum hoc nuncupatur. Sed cave de quacunque haec intelligas: quippe non nisi in inveteratis, caudicemque crassissimam habentibus partem nigram medium reperies; in adolescente & tenerrimo adhuc frutice fructu hanc nigredinem quæseris. Aliam cytisi nomine plan-

Cytisus Penæ.



tam Pena & Lobelius describunt. Diu, inquit, nos anxious & ambiguos animi habuit cytisi veri historia & expensio; verum subductis hinc inde rationum momentis, & collatis variis plantis, quas respuebamus, speramus tandem probatam tri candidis arbitris. Qua Roma regia via Florentiam adit, oppidulo cui nomen Aqua pendule (ni perperam in Palinexsti Herbario notavimus) declivi & depressa etiam planicie feracissima, cytisum fruticum quinque, sexve cubitis proceriore genista farmentis pluribus, gracilibus, præduris, striatis vidimus, statim ab uno aut paulo superius lignosa radice è tenuibus pediculis: folia terna, non ita numerosa, similia fanigræco, angustiora, habitiora, rutacea, genistæ vel sparti, aut pisi, flores lutei, sed minores: filiquaginistæ par, cinericia, gracilior, compressior, intus loculis sunt discepta, semina nitentia ex atro genistæ. Est canna universa planta, uti rhamnus Monspel. aut balmus. Sapor ciceris, aut similis leguminum: odoris sane jam non succurrit. aridam enim & inodoram duntaxat habemus vulsam: Narbone præsertim, & radices montis Calcaris propè Veganum: minus procera tamen, sed tenerior, pabulæ aptior est. forte quia dum in montes abigunt pecus, ut quotannis faciunt, pastionis lactioris, atque aestus convallium declinandi causa, in eunte Mayo & Iunio, sole in Arietem ingresso, teneriusculos germinationem fætus, florum filiquarumque spem ligurunt oves, & capella. Eoque Poëta venustæ ex Theocrito canit; Florentem cytisum & salices carpetis amaras. Hæc, ut si que alia, apprimè quadrant Dioscoridis Galenique cytiso. Nam ecquid eadem sit, Theophrasti haud magnopere sollicitos facit nos, quando illæ in describenda minus sollicitus fuit, qui de lotis alsibi monuit (haec mera calumnia,) plerumque usu venire, ut eadem voce plurimum diversa plantæ, effigie tradantur. Quapropter uti antiqui cytisum vocarunt fœnugræcum, lotum magnam, & trifolium, propter figuræ aut naturæ, coniunctionem: sic ex variis consimilibus fruticibus anagyridi, laburno, coluteæ incertum vagumve vocabulum remansit (figmentum est, & vix ausim dicere, majus quid) norior & frequenter, que Italæ Gallo provinciæ, squalidis, saxeisque

collibus inter cocciferas ilices & maiores ericas viret, florrumque antenissima fætura oculos caprasque pascat æstatis initio: sesquicubitales spargit fruticosas, lignosas virgas, tenues ac ramosas. Folia ternæ virgultis oriuntur, & quam prioris cytisi majora, rotundata, viridiania ex atra: genistæ flores in summis cauliculis luxuriant, lutei pusilli, sed stipiti longe plures, quam pro magnitudine plantæ, quo advolant mellificatum apum examina leta: odor gratus illi: sapor alterius, filigua & semen minora. Hactenus adversariorum auctores. Neutram plantam verum cytisum esse, facile probari potest. Altera folia non habet incana, loto trifolia similia. Prior materiem nigram non habet, nec odorem eruca: Aliam quandam plantam cytisi nomine describit Bellus, epist. I. ad Clufum. Cytisus, inquit, Creticus, frutex est totus obliquus ad quarror aut quinque cubitorum altitudinem affurgens: folia profert terna simul juncta, argentea, trifolii æmula, dorso aliquantulum prominente: flores trifolii majoris, adhuc tamen maiores: in quibus intermixti sunt albi quidam villi, qui struthio camelis pennas, easque in minutissimas partes divisas emulantur. Ea ratione flos elegantissimus appetet: videtur enim ex purpura & argento quodammodo à natura formatus. Succulent semina milio majora: materies ligni nigra durissima que, cortex cinerius, & sotus profundus fissuris plenus. Oritu ubique in asperrimis collum locis, & precipitiis, vocaturque vulgo dechorœvæ, quod ignobile lignum sonat. Hunc fruticem cytisum, & fortasse legitimum judico. Idem epistola quarta. Et me quoque errasse nunc deprehendo, quando cytisum Creticum dechorœvæ vocatam, cuius semina tibi misi, & iterum cum ramo suis floribus onusto mitto, legitimum fuisse putavi. Nam differt ab hoc foliis qua longiora & angustiora sunt, neque semper uno pediculo terna simili profert, sed quaterna & quina, ut nuper observavæ, semenque non in silicis, sed trifolii modo, quod significare neglexeram profert. Hanc ob causam non amplius cytisum, sed ebenum Creticum vocandam esse hanc stirpem censem. Materies enim ligni, plurimum ab ebenum accedit, colore nigro, splendore & duritate, ut ex fragmendo adjecto judicare poteris. De pseudocytisis vide Carolum Clufium. Alium Cytisum Marcellus empiricus describit à Græcorum & Latinorum diversum; quem non jumentorum pabulo laudat, aut ad lactis copiam augendam commendat, sed mirum esse remedium tradit adversus ischiadæ & arthritim. Cytisum hunc cap. 25. describit, remedium mirum adversus ischiadæ vel arthritem. Herba est, vel fructuum, quod maximè circa sepes vinearum nascitur, Latine cytulus dicitur: virgultis est subortis vel curvis, foliis oblongis bene virentibus, floribus conclusis, oblongis, albis, vel eriam galbineis, bene olentibus, id est melito odore; fructuum ipsum semper virens, æstate atque hyeme.

Almus. Diligenter distinguendum inter ἄλμον & ἄλιμον, ne in turpem cum Plinio lib. 22. cap. 22. & auctore Autuanii impongamus errorem. Asphodelon, inquit Plinius, ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi & ipsum erroris inter autores. Τὸ ἄλιμον, planta de qua Theophrastus; ἄλιμον, fine aspiratione, planta quæ sitim famemq; degustata arcit. Hæc ab à privativa, & λίμον, famæ, nomen accepit. Hesychius, ἴφοδελόν ή ἄλιμον, διανοεῖται αἴσχον χρεογ, οἱ σὲ στένοι. Corruptus codex; scribe, ιφοδελόν ή ἄλιμον, διανοεῖται ιχνονοεῖται, οἱ σὲ αἴσχον χρεογ, οἱ σὲ στένοι. Τὸ ἄλιμον, fine aspiratione, planta, de qua Theophrasto sermo. Hunc nomen impolitum scribunt, ἀλιμονοεῖται & φρεγυοὺς φωτῶς, quod in maritimis & sepiibus proveniat. Hesych. ἄλιμον ή ἄλιμον βοτάνης διαδρομοῦται τῷ γαλακτοῦ ἔξογος τόποις. ἄλιμον η διαδρομοῦται γαλακτοῦ γανόδηρος. Halisua & halimia plantæ arborecentes quæ in maritimis aut siccis reperiuntur locis. Halimon proxime mare natum. Hoc etymon non valde probo, quod aliis in locis τὸ ἄλιμον proveniat. Rectius, quod olus, fit salsum. Plinius, Altius olus maritimum esse dixerunt, salsum; unde nomen. Gal. lib. 6. simpl. τὸ πλευτὸν ἄλιμον τὸ εἰσ, καὶ ταῦτα φοιτήσοι, gustu salsum & subadstringens. Hac de causa ab Ätio ἄλιμον dicitur, à recentioribus ηει αἰσχον χρεογ. Glossa Benedicti, γαλακτούροειμενον. Holus marinum. Apud Dioscoridem ἄλιμον virile est, cum apud Theophrastum, Suidam, cæterisque neutrum sit. Suidas, ἄλιμον βοτάνη διαδρομοῦται τῷ γαλακτοῦ τῷ πλευτῷ οἱ τὰ ἄλιμα. οἱ σὲ γαργητοὶ γαλακτοῦ τῷ αἰσχον χρεογ. Halimum arborecentis herba maritima. copioso nutrit, lac & semen generat. Utrum masculini ac nutritius generis, videant Grammaticorum filii, nobis nec seritur, nec metitur. Describitur à Diosc. libr. I. cap. 120. his verbis. ἄλιμον ταύρις οἱ φρεγυοὺς οι μοιραὶ βάρυς, ταῦτα δικαῖοι, οἱ τοιοῦτοι αἴσχοι. Φύλλα οἱ ἄλιμοι τῷ διαδρομοῦται, ταῦτα περὶ μέρη

τοῦ οὐ παλαιότεροῦ φύεται σὺν θυμῷ τολμασίοις. Εἰ θεραπεύεται δὲ αὐτὸς τὰ φύλακα, ἵνα μητε εἰς βράσιν τὸν δῆμό τον εἰδούσιν τούτου μεταλειχθεῖσιν αποφύγεται, ἐγγένηται καὶ τρέφεται τούτων τοιούτων. *Halimus frumentum* est circa segmenta nascentes, similis rhamni, subalbidus, sine spinis, foliis oleo proximis, sed latioribus ac mollioribus. Nascitur in maritimis ac sebus. Ejus folia ciborum gratia olerum modo decoquuntur, radix vero drachmae pondere in aqua mulsa pota, convulsa, rupta, cornu mitigat, & lactis ubertatem, prestat. Οὐκ οὖν ἀγόραστος; Contra Serapio cap. 85. Que ex hac planta nascitur in campis, assimilatur acini, id est aufegi, nisi quia habet plures spinas. Quid γε in us sit, ignor. Hypographi mendum est. Scriber hannus. Serapio vel interiores cap. 226. *Hausig*, id est *rhamnus*. Illud magnos viros, torquer, quod ait, habet plures spinas. Videndum, inquit, in hac planta erit, quomodo concilientur Dioscorides, & Serapio. Ille enim ait rhamno similem esse halimum, sed spinas non habere. Hic autem plures illi quam rhamno spinas tribuit. Verba Serapionis vel interpretis si recte capiantur, nullam omnino habent contradictionem. Sic ait Serapio; que ex hac planta nascitur in campis (melius sepiibus dixisset) assimilantur rhamno, id est, naufragi, nisi quia plures habet spinas, & folia ejus, &c. Ex quibus nihil aliud colligo, quam Halimum similem esse naufragi, id est rhamno, nisi rhamnus multas spinas haberet. Quos sensu Serapio, aut ejus interpres, Halimo quem melochiam vocat, spinas non tribuit. Quamobrem eum cum Dioscoride conciliare, nihil opus est. Καὶ οὐ παλαιότερος; Non probò eorum opinionem, qui pro οὐ παλαιότερος, scribunt οὐ παλαιότερος, quæ vox quanquam in ultima addita editione, in reliquis non extat codicibus. Nec eam agnoscit Oribasius, nec exscriptis Serapio; & folia ejus sunt similia foliis olivarum, nisi quia sunt latiora, & nascitur in ripa maris. Vulgata tamen probatur ex Neophyto. Sic apud eum, οὐ παλαιότερος υπὸ τοῦ οὐ παλαιότερος. Sed tantæ auctoritatis apud me non est Neophytus, ac Oribasius & Serapio. Hos confitat fideliter exscriptisse Dioscoridem, quod de Neophyto dici nequit. Sed hoc in medio relinquam. Καὶ θεραπεύεται. Oribasius addit, ηγενούσις, præruptis. Unum Halimi genus describit Dioscorides, plura Plinius libr. 8c.

*nanda hominum ac pecudum scabie. Præterea nitorem core port fieri, dentibusque candorem, si fricentur radice ea, (e-
jus,) semine lingue subditio sitim non sentiri, (hoc de almo
traditur ab aliis.) hoc quoque mandi. & utraque etiam con-
dit. Crateras tertium quoque genus tradidit, longioribus
foliis & hirsutioribus, odore cupressi, nasci sub hedera, ma-
xime prodeesse opisthonicis, contractionibus nervorum, tri-
bus abolis in sextarium aquæ. Inter Botanicos convenit
eam plantam halimum, cuius picturam exhibemus. Cujus
tria describit Genera Clariss. Carolus Clusius lib. 1. Ra-
tior. plant. cap. 3i. his verbis. Halimus ergo Dioscoridis,
quem & majorem & latifolium appellare licet, frutex est
omnino candidus, rhamno similis, ipso eriam candidior, ca-
dernque altitudine assurgens, multis ramis ex una radice
prodecentibus, crassis, lignosis, & fragilibus, nullis rigens
spinis. Folia oleæ, seu potius rhamni, breviora tamen &
latiora, interdum rhomboide figura; alba, carnosæ, quo-
dammodo splendentia, savoris acidæ circa ramos; nullo ser-
uato ordine temere nascuntur: flos oleæ muscosus, purpu-
rascens, racematum in summis ramis cohæret: deinde semen
latum atriplicis, aut portulace, quam marinam vulgo vo-
cant, copiosum. Rauix dura est, lignosa, & in multis ra-
mos sparsa, floret aestate, semen autumno maturascit. In-
veni etiam Decembri florentem, & maturo semine onustum.
Plurimus sponte provenit. Vlyssipone vicinique locis ad
Tagum, aut ejus offia, & astuaria mari proxima in sapi-
bus mixtim cum rhamno, aut solus. Hispali item in sepi-
bus. Natus etiam nobis semine quod Vlyssipone attuleram,
quem etiamnum apud quosdam rei Herbarie studiofos al-
existimo: (immo & hodie colitur; adverlus tamen frigo-
ra non nihil munierendus) verum minus albus erat, quam
natali solo, & ampliora natius folia, atriplicis sylvestris fe-
rè magnitudine, & forma carnosa, tamen & non nihil salse-
dina retinentia. (puto hoc alterum genus Plinii, quod fo-
liis in rotunditatem longis est.) Frustra hunc, verbis
Amati Lusitanus inductus, Salmantica ad eadem D. Virginis,
cui cognomen, de la Verga, fluvio, Thormi vicinam, sepe
requipso; sed rhamnum illuc frequenter, quemadmodum tota
suburbiorum parte, inventi: nisi atriplicem sylvestrem il-
lic, ut plerisque altis in locis, satis abunde nascentem, pro bat-
limi fructice fortassis sumperit. Halimi genus aliud supra
cubitalem aut sesquicubitalem non assurgit altitudinem, fla-
gellis potius quam ramis, adeo infirmis, ut plerumque pro-
cumbant, & humi fundantur, candidis quidem illis, sed
minus superioris ramis. Hujus folia oblonga, angusta, pin-
guia & carnosa, cinerei & albicans coloris: flos summis
flagellis racematum cohærens innascitur, herbacei potius
quam purpurascens coloris: deinde semen superiori ferme
simile, paulo tamen minus; floret quo superior tempore. in
maritimis regni Valentini nascitur. Videre & legere etiam
memini in aggeribus illius insule, quam duo rhodani cornuta
faciunt, inter fanum D. Agiddi & Arelaten, cum Mons-
gellio Arelaten, & inde Massiliam proficisceret. Alitum etiam
a nostratis in hortis; alebant etiam Viennæ in suo horto
cultissimo Cl. vir Doctor Ioannes Aichelius, insignis Me-
dicus, & dum vixit amicus carissimus, adeo prolifico semi-
ne, ut plurimæ illæ plantulae singulis annis sponte nascen-
tur. Ad halimi etiam genera referri potest alia planta, non
modo in maritimis mediterranei maris, sed etiam ad Ocea-
num fitis; ut in aggeribus Flandriæ, Zelandia, & Hollan-
dia nascens, pedalibus ramis, bumi procumbentibus, ex ci-
nereo colore purpurascens, foliis prioris similibus, pingu-
ribus, at magis carnosis; minus tamen incanis, & ex viridis
potius canescens: flos etiam extremos ramulos ambit ra-
cematum, ex Herbaceo purpurascens, deinde semen secundo
simile Cl. vir Iacobus Dalecampius. (ipsum enim magne
illius plantarum Historia, que proximis his annis Lugduni
apud Rovilium expressa est, auctorem esse judico) Verum
Dioscoridis halimum Tholose in hortis colit, sed cum fru-
ctum ribes vulgaris similem ei ad pingat, dubia mibi est ejus
fides. Dioscorides enim nullus fructus in ejus Historia am-
minet: nec ipse etiam Plinius. Ego vero primum, quem de-
scripsi, legitimum Dioscoridis annos esse censeo, & mitius
genus Plinii. Lusitanæ Salgnedeiras à salsa, Hispanenses,
matissima, quod maritimus crescat, appellant. Alter
Sylvestre genus Plinii videtur, cui teneriora folia tribuit,
illius vulgare nomen mibi ignotum. Tertius vulgo portulaca
marina dicitur. Omnes autem, perpetua fronde sunt, &
aliquid affine cum atriplice sylvestri (cujus varia reperiuntur
genera, foliorum ampliudine & exilitate inter se dis-
ferentia) habere videntur, & forte etiam facultates non
dissimiles. Lusitanæ tenellas prioris, atque etiam rhamni cy-
mas in cibos recipiunt. Haec tenus Clusius, cui Botanici o-
mnes subscripti. Cretenes halimum jam descriptum
halimatiam appellant, Bellonius lib. 1. obs. cap. 18. Ha-*



cap. 22. Alii enim fruticem esse dicunt, densum, candidum,
fines spinae, foliis olea, sed molioribus. Coquitur autem hoc
(scribe ex Diolcor. coqui autem hac) ciborum gratia. Ra-
dix tornina discutit, drachmæ pondere in aqua mulsa pota:
item convulsa ac rupta. Alii olus marinum esse dixerunt sal-
sum. Et inde nomen foliis in rotunditate longis, (forte, ro-
tunditatem) laudatum in cibis. Duorum præterea generum,
silvestre et mitius. Verumque prodest dyentericis, etiam
exulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto. Hulceribus
vetustis illini crudum, et vulnerum recentium impetus le-
nire, et luxatorum pedum ac vesicæ dolores. Sylvestri tenui-
eta folia, sed in ejusdem remediis effectus majorès, et in sa-

limi frutex, nanc halimatis appellatur, tota insula adeo frequens est, ut maxima ex parte sepes eo constent, hujus cymae edules sunt. Idem cap. 60. Iter fecimus per planitiem valde herbosam cytiso, halimo, & rhanno (qui à grossularia differt) teccam. licet autem halimus natura sua in fruticem ramosum, sine spinis attollatur, uti in Creta; in hoc tamen prato, capparis spinosa instar, humi diffunditur. Recepta hæc sententia Botanicorum non placet viris in omni studiorum genere exercitatis. Halimum volunt esse Chali, & vulgo Soldam vocant. Hoc omnino displiceret, quippe nec fruticis modo (nisi forte in Arabia) nec ultra cubitum assurgit. Non igitur ad myrti magnitudinem attollitur. Folia fert angusta, crassa, acuminata, non raro acumine pungentia: halimus folia fert oleæ similia, sed latiora, & ut neophytus addit molliora. Chali folia oleagineis multo augustiora, immo olea duplo vel triplo latiora. Quod maximum est, succo turget Chali salso, ac mordacissimum, intra corpus exigua herbae quantitas assumpta, non modo urinas, sed & menses potenter evocat, fetum tam vivum quam mortuum ejicit, aquosos humores per alvum ducit, & hydropicos ipso elaterio vehementius purgat. major quantitas perniciosa & exitialis. Aqua & ignis, facultate non magis diversa, quam virtute & duretia chali & halimus. Videat lector quid de hac tradant veteres. Halimos in cibos receperunt veteres, recipiunt recentiores, tornina fedat, ruptis convulsisque prodest. Convulsiones excitat chali. Quis herbam adeo mordace valideq; minima etiam quantitate purgantem in cibos recipere quis inter olera recenseret? Videamus quibus tantur argumentis. Quid ad nomen, inquit, attinet, id apprimè responderet. Plinius de halimo. Alij olus marinum esse dixerunt, falsum & inde nomen. Herba Chali sapore salso est, unde & salfolans vocat Pandelarius. Hoc etiam Græci sonat αἴραντος. Postremum verum; sed inter olera numerari posse, nego. Non omnia quæ falsum habent saporem, halimus, aliquin omnes fermè marinæ plantæ, saltē plures, halimi nomine insigniri debent. Chali frutex est enim, halimum quoq; frutex. Fruticem Chali nego. Ponamus fruticem; nūquam ad myrti altitudinem excrescit. Pergunt. In maritimis & iuxta ripas aquarum salinarum nascitur; æque & halimus, unde & αἴραντος σημαδιστον, interpretantur Græci. Concedo totū, nec inde quicquam concludi potest: absynthium marinum in maritimis nascitur, nec idcirco halimus dici meretur. Folium habet pingue, spissum ac leve, oblongumque. tale est & halimo, quod foliis oleæ esse, sed mollioribus scribit Plinius; Diodorides de halimo: φύτεια ἡλιαχή τοξικόν πάθον. Forte αἴραντος είπεν. Ita sane legit Plinius. Sed recte apud Plinium, οὐδὲν τοξικόν μητεί τοι εἰναι λέγεται. Et sane folia Chali latiora sunt foliis oleæ. Testes voce omnes Botanicos; uno ore fatebuntur, Chali folia multo angustiora, duplo vel triplo latiora esse foliis oleæ. Hæc qui vidit oleam & Chali, agnosceret, nullam vel per quam exiguum cum oleæ foliis folia Chali habent similitudinem. Pena & Lobel. Folii item densis angustis, fimbriosis, sedi mediis vel semperovi minoris teretifolis duplo longioribus, acutioribus. Omne Chali genus foliis est angustis semperovo minori similiорibus, quam oleæ. Nec illud concedo, pro αἴραντος, αἴραντος legendum, quod Oribasius & Serapio αἴραντος legerint. utrum legatur non multum contradicam, quippe & halimo molliora, & latiora quam oleæ folia. Fruticem Chali abstergentem vim habere, & pannos eo lavari, saponemque etiam præbere optimum, quin etiam mulieres eo uti ad fucandam faciem, & nitorem corpori conciliandum, Neoterici tradunt. Plinius inter halimi virtutes & hanc recenset; per eum nitorem corpori fieri, dentibusque candorem si fricentur radice ejus. Una, ut dici solet, hirundo non facit ver. licet utraq; hanc facultatem habeat, inde tamen concludi nequit, eandem esse plantam. Aliæ dantur etiam plantæ quæ hac facultate pollut. Helychius, τὸν αἴραντον διδογεῖς την ταλαντον καὶ τοῦτο νασcentes. Arabes Axan vel Uslnen vocant fruticem Chali, & in Armenia in justam arborem assurgere, refert Serapio; arenosis & fuccis locis gaudere, etiam memorant recentiores. Utrum Arabes sic vocent Chali, ignoro, quippe in Arabum scriptis minus exercitatus, partim quod male translati, partim quod Arabicam non intelligo linguam. Illud assero haec tenus, Chali genus non repertū, quod in justam assurgit arborem; & si reperiatur tamen multa impedirent, quo minus halimus esset. Ex omnibus herbis, vel fruticib. qui saporem habent falsum, nullum invenire est, cuius descriprio ad designandum fruticem Chali magis convenienter, quam halimum; immo nullum reperitur quod minus ha-

limut repræsentet. Nec obstat fortasse quod halimum spinis carere dicit Dioscorides, quæ sunt in herba Chali. Nam plura halimi genera; sed nullum spinosum, & si spinosum daretur, halimus non esset. Id etiam liquido apparet ex variis cognominibus, quibus halimum donatum fuisse docent Græci recentiores. Neophytus de halimo. Περὶ φυτῶν βασιλείου, ἡμέρας Ἐρεύνης, ὁ δὲ τὸ πέμπτος, ὁ δὲ ὁ δέκατος, ὁ δὲ ἕκατον σέφας. Πυθαγόρεας εἰς τὸν κλαδόν. Ηας magnifica & illustria cognomina abunde confirmant eam esse herbam, de qua sit sal ille, quem vocant salem Chali, item alumen catinæ, quod idem est cum solda Narbonnense. Nam salem illum hodieque magni faciunt Chymista nostri, quos cum vulgo sic appellamus, & frequenter eo utintur. Græcis quoque χρεῖας artificibus plurimum commendatur, & miris laudibus effertur ad eos effectus præcipue in quibus, & mīles requiritur. Hinc Egeūν βάσιν Prophetæ vocarunt, quod eo fixum sium Mercurium redderent, Sol illis aurum est, inde halimum. Ήλιον σίφας, quod eo etiam uterentur ad argentum commutandum in aurum. Stephanus Philosopher, vetus auditor χρεῖας, qui vixit sub Heraclio, dicit Talco & Chalimixis, τὸ μεταλλεύματον τὸ συνήματον. Εἰδε τὸ σελήνιον εἰς τὸ λιον μεταποιήσας, τὸ θεραπευτικόν. Ophrys in lexico hujus artis exponitur, plumbum & sulphur. Οφρεας οἱ μόλις κλαδοί τὸ θεραπευτικόν. A Pythagorā Halimum cognominatur, ιερὸς κλαδός, quod scilicet ad sacram artem conduceret. Sic enim χρεῖας indigent egregii statores ιερὰ τιμὴν, cuius & Pythagoram scientem fuisse volute. Lexicon hujus artis inscribitur in antiquis libris, λίξιν τὸν ιερός & θεραπευτικόν, & aliis, ιερὸς τιμὴν interpretantur, τὸν χειρὸν ποίησιν, &c. Etyma hæc ingeniosa & acuta esse nemo facile inficias ibit. Sed nomina illustria ac diversa non faciunt plura genera tota facie differētia. Iris multa & magna nomina habet; sed inde non sequitur, plura genera ejus esse in totū diversa. Idē de helenio, rhamno, aliisque infinitis dicam, quibus nomina speciosa, sancta, nec inde vel halimum esse vel diversas species halimi reperiiri sequitur. Supradixi, Auctuarii auctorem confundere alimum & halimum, quod vel ex his liquet ηραπευτικόν, οὐ δὲ αὐτοπλούματον. Albucum Latini aut ampeliciā vocant. Αλβουν fine aspiratione, albucum seu asphodelū vocasse Latinos, ex Plinio constat. A pud Neophytum vero legitur, ηραπευτικόν αὐτοπλούματον, διὸ δὲ αὐτοπλούματον. Pro Αλπιονίᾳ, quod Latinum non est, scribo cum viris doctis, αὐτοπλούματον: sed non concedo, sic vocatum halimum, quod ampullæ viræ ex eo fierent, vel, quod ampullæ fractæ solidarentur & maltharentur; sed quod instar ampulle inflaret, ac Venerepi sua saliedine excitaret. Pro ηραπευτικόν, quod Romanum non est, scribo, αὐτοπλούματον. Ceterum magnifica illa nomina, de quibus supra egimus, indita huic plantæ puto, quod lactis, seminique copiam generet, non à χρεῖας studiosis. Pythagoris ævo ars hæc incognita fuit, recentiorum inventum est.

Oīον ἡ ράφας, &c. Plinius libr. 17. cap. 24. Quorundam natura non necat quidem, sed laedit odore, aut suci mistura, ut raphanus & laurus vitem. Olfactrix (vulgo, olfactrix) enim intelligitur, & tangi odore mirū in modum: ideo cum iureta sit, averti & recidere, saporemque inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, raphanum mandi præcipiens, &c. Nulla inimicitia raphano cum sit. Confundit semper, ράφανος & ράφαιδα, Plinius. Antiquissimi Græci ράφανον Brassicam vocarunt. Vide cap. de Brassica. Lib. 1. Experientia docet, Brassicam parum, vel nihil vim vim propulsare, novi plures qui experimentum fecerunt. Odiū tamē aliquod inter brassicā & vinū videtur, quod facile vomant, qui inter bibendum brassicā assument, vel ante usi sunt. Vide lib. 5. de caus.

Οὐ τὸν τοιούτον βλαστόν. Scribe, τοιούτον οὐ βλαστόν.

Αναρίφειον. Caffisanus Baffus lib. 5. cap. II. τὸ θεραπευτικόν καρφύλιον οὐ φύσιται ξερόν, καὶ αὐτοπλούματον ήσουσαν (M.S. αὐτοπλούματον φυσικὸν ήσουσαν) φυσικόν τε τὸν αὐτοπλοῦματον. Αρέδες ιεν τὸ ιψωμένον καρφύλιον οὐκ ἐλαχίστην ιπτιφένοντον (ιπτιφένοντα M.S.) οὐτὶ τέλος, καὶ ἡ γοινία άλφηθησονται. καὶ οὐ βουλόρροις ποιεῖσιν πίνεται. Εἰ μὲν ιψωμένοντον τοιούτον καρφύλιον. εἰ δὲ συρεῖται τοποφθιτικόν (M.S. τοποφθιτικόν) εἰ τὸ τοιούτον αὐτοπλοῦματον ηγεμόνιον αὐξανομένην οὐ αὔτελος, ιπτιφένοντα πληνούσαν μέδεα (μέδεα M.S.) τὴν καρφύλιον, τοποφθιτικόν οὐτίς ξερόν, αὐτὸν τοποφθιτικόν ηχουσαν τε τὸν καρφύλιον. Maxime autem brassicam recusare oportet, velut natura sicciam, & naturaliter contraria affectionem adversus vitem habentem. Profecto si quis dum coquitur brassica, vinum vel paucissimum instillet, neq; coquetur, neq; color ejus corrumperet: & qui multo vīni potu se largius invitare volunt, & non inebrari, crudā brassicam prius edunt. Si autem contingat complantata esse ex vicino vitem & brassicam, vītis ipsa augescens ubi brassicæ appropinquat, non amplius directè procedat, sed retroverteretur contraria affectionē ac brassica habens. Vide c. de brassica.

HISTORIA PLANTARUM

LIBER QVINTVS.

K E Φ. A.

C A P. I.

De cœdenda materie, tum rotunda, tum quadrata: & quando cœendum robatur.

Εἳ δὲ τῆς ὑλῆς ποία τέ ἐστιν
εἰκάσιν, πόθ' ἀρχικὰ τέμνεαδαμ,
καὶ ποια τῶν ἔργων χρηστοῖ-
μη, καὶ ποία δύσεργος ή μέρη Σ.,
καὶ εἴπιτο ἄλλο τῆς τοιαύτης ισο-
ερας ἔχεται, πειρατέον ὁμοίως
εἰστεν. ἀρχικὰ δὴ τέμνεαδαμ ἔύ-
λα, τὰ μὲν στρογγύλα, καὶ οὐρα

"λοπᾶς Al.
λοπίας Bas.

† τεῦ λογη-
τῶ, Al. Bas.
alii κρηπτός
malunt.

三

102

ફાળા

De materie, cuiusmodi unaquæque sit, & quo tempore tempestive cædatur, & quib. commoda operibus confert, & quæ tractatu difficultis facilisve, & quicquid huc spectat, æque atque superiora, explicare tenuandum nunc est. Cædi itaque tempestivum, rotundam quidem materiem, & omnem quæ decorticanda accipitur, cum germinare incepit. Tunc enim "cortex extricatu perfacilis est, quod turgere appellant: scilicet ratione humoris, qui sub eo cortice fieri solet. Postea t̄ inextricabilis redditur, materiesque nigrescit; informisque fit. † Quadrangulum autem post turgorem. Securis autem deformitatem aufert. Deinde omne, quod validum esse debet, & robore præstans, tempestivius cædatur, non solum cum germinare disierit, sed etiam cum fructum percoixerit. Verum decorticationis causa fit, ut rotunda, quamquam intempestiva, pro tempestivis ad usum veniant. Quamobrem tempora per eventum dici contraria debent. Abietis materies primo turgore meliori colore redditur. Nam & corticem abietis tantum, & pini, " & laricis potissimum detrahunt. " picea. Igitur istæ vere cæduntur, tunc enim germinant: reliquæ aliquando post messem, aliquando post vindemiam & arcturum; t̄ ut aria, ulmus, acer, [†] filex farn- fraxinus, carpinus, scissima, [†] tilia. Ad summam, na. quæ aptæ sunt ad defodiendum. Robur serif- mè cædendum: videlicet hyeme post autum- gusque. num. Quod si sub turgore cædatur, citissime omnium fere computrelit, seu cortice, seu sine cortice capiatur. Potissimum, quæ primo turgore: proxima, quæ secundo: tertia, quæ tertio. Quæ autem post fructum maturitatem cæduntur, quamvis non turgida sint, incorrupta perdurant. Præterquam quod sub cortice vermiculi quidam nascentes, caudicem per summa inscribunt. Quibus signis pro sigillis nonnulli utuntur. Robur profecto cæsum tempestive, neque putredinem t̄ sentit, & prædu- [†] sentit, nec rum spissumque, ad similitudinem cornu, perdurat: ^{vermibus-} totum enim cordis specimen gerit. [†] Salficortex ta- ^{roditur, &} men vel eo tempore cæsa non valet. Quin & illud è ^{cornu instar} contrario evenit, cum in germinatione cæduntur, ^{durum spis-} cumque post fructus editos. Tunc enim exiccantur ^{sumque ma-} caudices, & arbores radicibus regerminare minime [†] crasior- possunt, sed post fructus regerminant. Quanquam ^{tex.} eo tempore cædi difficilius possint, duritiae causa. Cædi etiam " post lunæ occulatum præcipiunt, quasi ^{* luna de-} duriora & computrescere pervicaciora forent. Sed crescente, cum maturitates fructuum inter se differant, constat, etiam vigores arborum ad cædendum esse referen- ^{dos.}

^{πίνκλων}
Scal. πίνκλες ὁ γένος καθ' ἐκάστον οὗτον "λεύκλειον".
^{τις περιπολῶν}
t. v. περιπολῶν τὸν περιπολῶν, ἡ φιλόρα, καὶ
Ald. Bas. σφένδαμνον, ἡ χυρίαν, τῆς ἐπώρεις δρῦς σῆς, ὥστε
εἴρηται, μετὰ τὸ Φινώταρον. Φασὶ δέ πίνκλες καὶ τὴν ὠρείαν εἶναι τοῦ ἡρῷου, ὅπερ γένεχη τὴν καλυψόμενην κά-
πις βότρους αὐτούς.
γῆς καὶ τὴν πίτια, ὅπερ δὲ τὸ Βότρον αὐτήν. ποια μὲν ἔν-
αραια καὶ ἐκάστον χρόνον, γέτω διαφύγοντα. πάντων δὲ
δηλούσθω βελτίω τὰ τῶν αἰμαζόντων δένδρων, ή τῶν
νέων κομιδῆς καὶ γενησαντων. τὰ μὲν χεριάνδρη, τὰ
σῆς γεωδηίας πλειστές καὶ μεγίστες η ἐλάτη
καὶ η πάση παρέχονται. καὶ αὐτὰ καλλιστεῖ καὶ μέ-
γιστα τῶν ξύλων εἰσι.

mosque pinus atque abies præstant : harumque materies amplissima & pulcherrima constat.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Λογᾶς. Theodorus, turgere, ut in superiore. & mox μέτρον λαβεῖται. Corrigit, τὸν λογιστήν, Nam male dixere, καπποῦτο. Theodorus, λογιστής, turgorem. Vasinges λογιστής, estre en faya.

Εξισταίται. Theodorus, extricatu facilis. At extricantu ea, quæ perplexa sunt, ut filia. A capillo sumptus primordialis significationis, & aspiratione dempta & eolum consuetudine, quos sequimur. τελεῖς. Plinian tamen autorem habet. Dicam. Arbor facile deglubitur.

Τὸν τελεῖται. Theodorus, Quadrangulam autem post turgorem. Mollius dicas. Quæ verbū materia petitur, ut quadretur: postquam turgere desierit, cædenda est.

Ως τούτην τινὰς καὶ τούτους. Quare temporibus accedit, ut sint contraria. Non enim tempus, quo germinant, est contrarium temporis, quo fructus percoetus est καὶ τούτο. Non enim tempus temporis contrarium: quippe quantitas non habet contrarium; neque temporum illorum qualitates omnes inter se contrarie, sed propter opus sunt contraria. Propterea quod in uno queritur facilitas decorticationis, & color decorus: in altero firmitas operis. Quæ fuit causa, ut contraria quoque nomina instituerit. οὔτε, καὶ οὔτε. & ad-

didit accidentia. οὔτε, καὶ τὸ τετρά. οὔτε, καὶ τὸ φλοιοτελέ, καὶ τὸ στελέα. Εὐχεστέρα δὲ τὸ ιδανικόν. Nunc sigillatim digerit narrationem per genera. In codice est: Κατὰ τὸν παρόντα καπποῦτο. Cædendi tempus significat.

Πηγούται. Theodorus omisit. Sæpè erat in quarto capite tertius: πηγός. Adnotavimus an esset φηγός.

"Οὐταὶ εἰσθεῖται. Theodorus. Quæ apta obrui sunt. Non intelligebam. Omnia enim sunt apta obrui, sed sic. Quarum usus est ad partes ædificiorum, quæ terra conduntur. *ni* infra cap. 8. opus τοῦ εἰκόνομου, καὶ γεωπηγίαν. ἐπ δὲ τοῦ τοῦ γῆς καταστροφῆς. Et postea de Iuniperō. Διὰ τὸ μακρότερον. Theodorus, οὐδαίτην, terribilissime. hoc est plus quam distare linguam Latinam.

Αλφοίος καὶ τὸν φαῦλον. Theodorus, vincitur. Mendum est librarii, vitiatur. Quod hic de Haliphæo, Plinius de Subere.

Τητελιῶται. Theodorus, germinare incipiunt. Sententiam agnoscō; unde eam deducam, non video. Ignoro enim verbum τητελιῶται. Scio & alia quædam; hoc nescio. Et λόγιος scriptum est, πίνκλων corrigunt.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Eπιτελιῶται, &c. Plinius. Cædi tempestivum que decorticentur, ut teretes, (scribe, & teretes) ad templum ceteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili, & carie subnascente ei, materiaque nigrescente. Εὐτελιῶται, Theodorus extricatu perfacilis. Rectius, facile detrahitur. vide notas Scaligeri.

Λιπᾶς. Malè in Aldino & Basileensi λιπᾶς. Pejus Basileensis, λιπᾶς. Quid λιπᾶς, quid λιπᾶς, superiori libro cap. 16. docuimus. Λιπᾶς turgere significat, id est, ex copia humoris naturalis intumescere. τελεῖται decorticare significat. Sed de his supra egī. Λιπᾶς in arboribus dicitur, cum pingue sunt, atque unguinofiores sunt; quod maximè germinationis tempore accedit. Quæ enim talis materia naturalis inest pinguitudo & succus, per id tempus augetur atque turgescit: aperto quidem augmentatione; quia, si tum adimum castrerentur, per torulum effluet ille liquor, atque humor pinguis, quasi salivarius lento emanabit. Ergo, cum arboreis iusta sunt affectæ, λιπᾶς διδοῦται dicuntur.

Διπτός. Malè in Aldino & Basileensi λιπᾶς; malè item corrigit λιπᾶς, nec inclusus καπποῦτον. Διπτός anni tempus, quo humore pingui naturali turgent, prægnantesque sunt arbores. Supra arbores has σημειώνος vocari dixit, quod singulis annis verno tempore tali succo turgent. vide cap. 6. libr. 3.

Αφαιρεῖται, &c. Plinius loco citato. Tigna & quibus auffert securis corticem à bruma ad Favitum, aut si prævenire cogamur Arcturi occasu, & ante eum fidicule. novissima ratione solstitio. Τετράγωνα, vertit tigna, & τὸ τὸ λιπᾶς, ut supra, λιπᾶς neglexit. Τετράγωνον quadratum, quadrangulum; materia qua petitur ut quadretur, & quadrata accipiat figurā, seu quadrangula fiat. Non omnes tigni quadrati. Tignus vel tignum trabs, qua varie disposita domus extruitur: & propriæ cui super ponitur testum, à regendo nomine ducto. Nec melius δυοιδες corticem reddidit; deformitatem dicere debebat, δυοιδες, fedes, deformis, turpis. Chrysoftomus, οὐχογένες δυοιδες τὸν περιγειατον ἔψις, &c. Hesychius, δυοιδες, καὶ οἱδες ἔχει. Nec fidelius περιγειατον, solstitium, interpretatus est, & negligenter, οἷς ἢ πᾶς, ulque τὸ εἰδος omisit. De or-

tu & occasu Arcturi alibi egī, etiam quando flare incipiat Favonius. Vide lib. 3. cap. 6. & 7. Oritur Arcturus pridię idus Septembri, occidit pridię idus Martii, ante quod tempus occidit filicula, nempe, pridię nonas Februarii. Flat Favonius circiter sextum idus Februarii. Vide quæ supra dicta sunt. Item Plinii lib. 15. cap. 2. & 16. cap. 15. & 18. Columella lib. 2. cap. 2. ubi septimo idus Februarii flare scribit Favonium. Vitruvius lib. 2. cap. 9. Materies cædenda à primo autumno, ad id tempus, quod erit antequam flare incipit Favonius. Vere enim omnes arbores sunt prægnantes, & omnes suæ proprietatis virutes effundunt in frondes, anniversarioque fructus. Cum ergo inanis & humidæ temporum necessitate fuerint, vanæ sunt & rariitatibus imbecilliæ, ut etiam corpora muliebria cum conceperint, à fætu ad partum non judicantur integra, neque in venalibus, ea cum sint prægnantia, præstantur sana. Ideo quod in corpore præseminatio crescent, ex omnibus cibis potestatibus detrahit alimentum in se, & quo firmior efficitur ad maturitatem partus, eo minus patitur esse solidum id ipsum, ex quo procreatur. Itaque edito fatu, quod prius in aliud generis incrementi detrahatur, cum ad disparationem procreationis est liberatum, inanibus & patentibus venis in se recipit, & lambendo succo etiam solidescit, & reddit in pristinam naturæ firmitatem. Eadem ratione autumali tempore maturitate fructuum flaccidente fronde, ex terra recipientes radices arborum in se succum, recuperantur & restituuntur in antiquam soliditatem, at vero aëris hibernæ vis comprimit & consolidat eas per id tempus, &c. Ergo si ea ratione & eo tempore, quo supra scriptum est cædatur materies, erit tempestiva.

Δευδός. Plinius loco citato. Vulgo satis putant observare, ne qua dolanda arbores sternantur ante editos suis fructus: robur vere cæsum teredinem sentit, bruma autem neque viatur (M.S. vitiatur) neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat se fundatque. Negligenter satis hunc Theophrasti locum versum à Plinio, nemo non, nisi cæcus, videt. Illud addo ex Pintiano, antiquum exemplar habere, nequa dedolanda sternatur.

Αλφοίος, &c. Plinius. Quod in subere tempestive quo-

que caso evenit. Quod Theophrastus de crassifortice, hoc Plinius de subere; Male. Non satis ad verba Liberti attendit, quem fidem pro αιδιφλοιον legere existimat.

Tos στόλιν, &c. Plinius loco citato. Infinitum refert & Lunaris ratio, nec nisi à vicesima ad tricisimam cedi valunt. Inter omnes vero convenit, utilissimè in cœtu ejus sterni, quem diem alti interlunium, alii silentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæsar concrématu ponte naumachiaro, laces ad restituendum cœdi ex Rhætia præfinitivit. Quidam dicunt & in cœtu & sub terra sit luna: quod fieri non potest nisi noctu. (quod solis sydus, cum quo luna coit, non nisi noctu sub terra sit) At si competant coitus in novissimum diem brumæ, illa sit æterna materies proximè cum supra dicitis sideribus. Quidam & canis ortum addunt, & sic casas materias in forum Augustum, nec novelle autem ad materiam, nec veteres utilissime, circumcisas, quoque ad medullam aliquis non inutiliter relinquit, ut omnis humor stantibus defluat. Idem fere Cassianus Bassus lib. 3. cap. primo, ubi docet, quæ Agricola mense Ianuario agere oporteat. τὸν αὐτὸν γέρον (Icribe ex MSS. μητρὶς) τὸν δικαίου δοκόν τὸν ἐργασιαν ἔνδικα πεπιειν, στόλιν τὸν στοράδον οὐρανον, τὸν γαρ τὸν στόλιν φῶν μετακοινεῖ τὸν ἔνδικα ποιον, τὸν δὲ τοῦ πεπιειν δικαίου λαζαρίν. (MS. μητρὶς) Eodem mense λαζαρία ἔνδικα ποιον πλανηταν.

ΚΕΦ. Β.

De differentia, quæ inter abietem atque pinum. Tum quæ quadripartite, bipartiteque, ac simplices dicantur. Que fabri lignarii brevia appellant.

gidissimæ , quæ aquatiles aquosæque sint. Lenta † minime
salix , vitisque. Qua de causa scuta ex his facere tortuosa ul-
solent. Ista enim protinus plagam contrahunt. Sed ^{tortuosa ul-}
levior salix : rario enim , & ob id ea magis tr-
tuntur. Platanus lentiore non caret. Sed hæc na-
tura humidior , sicut etiam ulmus. Indicium , quod sponunt si
post cæsuram , erecta materies multum humoris ^{tu} , ut unius
emittit. Morus spissa , simulque lenta est : † rigo-
rem quoque fortissime ulmus servat. Ob id ol-
meos cardines valvarum facere solent. Nam si ip-
si firmi permaneant , valvae quoque stare intorta
possunt : alioquin torqueantur necesse est. † Fa-
ciunt eos ligna permutantes , quod radicem ver-
sus , quodque in cacumine fuit. Sie enim inter se
coarcata , utrumque impetum alterius prohibet , ^{Nā si illud}
cum suapte natura aduersetur. " Nam si alterum ^{lignū} , quod
per naturam eodem tendat , quo momentum est , cōtrario est ,
ruina utique eodem sequi facile possit. Valvas au-
tem non itatim apponunt , sed compactas statuunt.
Nonnulli anno terrio consecrare , laetioris operis
desiderio. Namque æstatis calore exsiccatæ delif-
cunt : hyemis vero humore oppletæ cohærent. † Ra-
tio quod rara , carnosaque , facile aerem attra-
hant humectum. Palma levis , tractatu facilis , mol-
lisque est , quemadmodum suber : sed melior su-
bere , quia lenta. Suber enim rigidum est. Qua-
propter simulachra nunc ex palmis facere cæpe-
runt , spreta suberis materie , ut incommoda. Ner-
vos non per totum corpus expandit , neque pro-
lixos extendit , neque eodem positurae modo cun-
ctos porrigit , sed multifario. Siccarī hæc mate-
ries potest , & cum dolatur , & ferratur .

R I ANIMADVERSIONES.
sus cacumen spectabat, alterius respondeat parti, quæ
vergebat ad radicem.

Ei oī cōsilio nō fuit, nōcōmē dōmī, cōtōdō pānūtūlū uī fōrā
Vides orationem mūriam : ex quā nūbilo fāciliōrem uī fōrā
à Theodoro. Nam si alterū pēr nātūrām eōdem tēndat, quo
mōmentū est : rūnā utiq̄e vōdēm sequi fācile pōssit. Sō
explices : sōdē cōsilio. Illud fāctū et līgnū qđōd īversūm
situ contrāriō est : nō fōrā, intellīge dīmū, secundū
nātūrām cōstītūtū fūll̄et (quippe cōtra nātūrām fūxū
est, dōrūm spectante cācumīne) nōcōmē dōmī, qua pārte
imperū cōpīsset līgnū ad flectēndū, ex utrūq̄e
cōcordia, nūmōs aī dōmī : eam ī pārtem totā cōntor-
tio incubūt̄et. Non loquimur igit̄ de rūnā : ut vule
Theodorus, sed de cōnōrtione. Dicebat enim aī dōmī. Il-
lud p̄t̄rēa cōtemplab̄erē, cum ul̄mū aī dōmī dic-
ret : hoc ostendit ēſe fālūm, qui tantum ponat tūrē & o-
pērē, & artis, ne cōnōrqueat ur.

Tacitū dicitur cōn. 80. de oratione. Theodorus, valvas non statim apponunt. Perficiunt, potius. adū mētārū dōcērārū Theodorus, sed compactas statuunt. In modō relinquentes postquam compēgerunt, absunt. Et omisit nūxīlū vīsīgōrū. Tum repetunt opus, atque absolvunt. Atticissima brevitatis. Vt apud Aristophanem Nubibus, ~~et~~ nūxīlū vīsīgōrū egō sīm. Item omisit, nūxīlū vīsīgōrū. Sed suppresso Abietis nomine, dixi: quod rara, carnosaque. Valva ex Abie Cardines ubnes. Corrigere in codice Theodori. Facile aērem attrahunt humectum. Est enim scriptum, dīgnū
vīsīgōrū.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Plus *terrena*. Plinius libr. 16. cap. 40. *Spississima ex omni materie*, & ideo *gravissima* judicatur *ebenus* & *buxus*; *graciles natura*: *neutra in aquis fluitat*, *nec suber*, *si dematur cortex*, *nec larix*. Hæc partim ex Theophrasto, partim ex Vitruvio. *Neutram*, inquit, *in aquis fluisse*. Corruptus ergo codex Theophrasti, *Kaj h̄ p̄ m̄z̄ ō d̄n̄ t̄s̄*. Scribe, *h̄ p̄ m̄z̄ ō d̄n̄ t̄s̄ īm̄t̄*. Periodum hanc nec Plinius, nec Gaza satis feliciter interpretari sunt. Verte; Ergo *spississima* *gravissimaque videtur buxus ac ebanus*; *in aquis enim non supernatant*, *ac quidem buxus tota fundum petit*; *hebeni vero medulla*, *in qua & coloris nigredo stat*. Plinius *gravissimam* ait, *quod sit spississima*, Sequitur Theophrasti locum libr. I. hist. cap. 8. Vide quæ ad locum istum annotata sunt. Cur fundum petat ebanus, docet auctor Libelli de plantis libr. 2. cap. 2. *Ebenus* οἱ καὶ τὰ αὐτὸν ἀρχαλίσια βυθίζεται, ὅπι μικροῖς τούτοις ἡ ἀρχαλίσια, καὶ σύντοτα τοῦτο σύντοτα ποιοῦσι, καταδυόνται οἱ, ὅπι τὰ μέρη αὐτὸν λιαν εἰς πυκνὰ καὶ τερψά. *Hebenus* νέρος & que illi sunt vicina, fundum petunt, quia in illis pauca est raritas, neque aer in illis est qui ea attollere possit. Merguntur autem fundumque petunt, quia partes eorum multum dense sunt, & solidæ. Idem fermè Aristoteles libr. 4. Meteorologic. cap. 7. Ταῦτα δύναται τοῖς γῆς καὶ αἰρετοῖς καὶ τοῖς μαλακοῖς, ταῦτα τῷ ψεπτῷ πεπλατέναι, ταῦτα δύνανται εἰς τηνακήν, οὐδὲ μαλακοῖς, ταῦτα τῷ πλανητικῷ ἀγρῷ ἢ τοῖς μαλακοῖς. Μαλακοῖς τοῖς αἴρεται. Εἰς τοῖς δύνανται τοῖς αὐτῷ γῆς. *Ligna autem sunt terre & aeris*, quia propter usitabilita, & non liquabilia, nec mollificabilia, & in aqua supernatant, præter ebanum. Hæc autem non. Alia enim aeris habent plus, ex ebanum autem nigra evaporavit aer, & plus in ipsa terra. Falsum, & quod Plinius ait, suber decorticatum fundum petere. Lignum suberis fungosum, neutiquam solidum ac densum. Ebeni materiem, id est ebanum decorticatum, fundum petere, scribit Theophrastus, buxum vero cum ipso cortice. Sonniabat Plinius cum hæc recitaret Libertus, & somnium illi repente pro ebeno suber substituit: aerius enim intentus, de aero maxime cogitabat. Vitruvius libr. 2. cap. 9. *Cerrus, suber, fagus, quod parvam habent mixtionem & ignis & terreni, aeris plurimum, per via raritate humores penitus recipiendo, celeriter marcescunt*. Ex eodem Vitruvio cap. & lib. citato, habes larem fundum petere, non supernatare: *Humore autem & terrena est materia spissa solidata*, & non habens spatia foraminum, *qua posit ignis penetrare, rejicitque ejus vim*, *nec patitur ab eo sibi cito noceri*, *propterque pondus ab aqua non sustinetur*, *sed cum portatur, aut in navibus, aut supra abiegnas rates collocatur*.

O laris, &c. Plinius loco citato. *Ex reliquis siccissima lotos*, que Rome ita appellatur. Antiquus codex, siccissima: scribe ex Theophrasto, ex reliquis spississima. Ex omnibus arboribus gravissimam & spississimam refert esse ebanum & buxum; ex reliquis loton & medullam roboris.

Πυρίδης, &c. Plinius loco citato. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color magisque etiam cytiso, que proximè ebanum accedere videtur. *Κεῖται μελανόπορον*, sive *σφρόνης μητραῖς*, robur exalburnatum dicit. Idem lib. eodem cap. 38. *Humor & cortici arborum est*, qui *sanguis earum intelligi debet*. Paulo post. Atque in totum corpore arborum, ut reliquorum animalium cutis, *sanguis, caro, nervi, vena, ossa, medullæ*. Pro cute cortex. Pergit. Proximi plerisque adipes, si vocantur a colore alburnum, mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia; quare semper amputabitur. Hinc, exalburno, quod est, alburnum detrahatur.

Κυνίζων. Cave de omni intelligas; quippe non nisi antiquis, candicemque crassum habentibus partem nigrum invenies.

Τριπύριδης, Plinius. *Quanquam non desint, qui Syriacas terebinthos nigriores affirment*.

Τριπύριδης. Scribe, *h̄ p̄ m̄z̄*; & pro, *τριπύρις*, *τριπύρις*. Plinius. Celebratur & Thericles nomine, calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies, omnium hæc sola ungi vult meliorque oleo fit. Corruptus codex; Scribunt alii ex optimo codice, in quo per quam probatos scriptum est; calices ex terebintho solitus facere torno, per quam probatos. Materies omnium hæc sola ungi vult. Valde probatos calices, ex terebintho tornare solitu, dicit hunc Thericlem, qui ab eo Thericlei sunt nominati. Legunt alii, per quam probatur, ut de ipso intelligatur artifice. Plinius libr. 34. cap. 8. de artificibus aeris: *Fuere longe quidem infra prediosos, probati tamen, Antaeus, Callistratus, Polyclitus. Placet aliis; calices è terebintho solitus fa-*

cere torno, cuius cor probatur, materies omnium hæc sola, &c. Sic certè Theophrastus, λαμβάνει τὸ ιπποτέριον, ulque ad, πάντας & μελάνης, &c. Theophrastus postquam de ebeni egisset materie, & aliarum arborum, quibus color vel niger vel nigricans, adjicit & terebinthi Syriacæ materiem nigram esse ac spissam, adeo ut vel ipsum ebanum vincat nigredine: ex ea cultellis manubria fieri, & pocula Thericlea tornari, quæ à fictilib. dignosci non queant. Plinius vero Thericlem è ligno terebinthino pocula tornasse tradit, indeque nomen accepisse; quod falsum est. Satis aperte Theophrastus Thericlem figilina vase torno confecisse declarat. Figulus fuit Corinthius aetate Theophrastu paulo antiquior; utpote qui vixerit temporibus Aristophanis. Athenæus libr. II. deipnosoph. ubi multa de Thericle, vasisq; figulinis ab eo confessis profert. οἱ αὐτοὶ οἱ ιπποτέριοι, οὐ φῶντες παρέστησεν Θεοφραστος σὺ τῷ φελλῷ φυτῷ ιπποτέριοι, διηγεύθειροι τῷ τοπικῷ θεοῦ, φοῖς ποτειδαῖς ητοῖς αὐτοῖς κύλικας θεοπλαστοῖς αἵτινα θεοπλαστοῖς τοῖς κτητοῖς κυριοποιοῦσι οἱ λεύκαι τὰ κύλικα ποτειδαῖς θεοπλαστοῖς Κορελέος κυριαρχούς, αἴρει τὴν τάσσοντας τοῖς κτητοῖς κυριοποιοῦσι. Αετοφάν. Calices Thericlea pocula fuisse aperte declarat Theophrastus in libris de historia plantarum, quo loco de terebintho verba facit, atq; ex ejus ligno calices tornari Thericleos, quos à fictilibus nemo discernat. Eos calices fama est, à Corinthio figulo Thericle factos, unde & impositū nomen Aristophanis comicis saeculo. Aperte Ararus sive Ebulus in campylione fictorem figuratur. Facit. Fuisse hunc Ararum scribunt supparem, aut æqualem Thericles.

Ω γάια περιφύτης σ' εὶ Θερικλῆς πότε,

Ἐτευξέ κοίλης λαζόνος Σερύνας Βαΐος,

Ἡ που κατειδώς τὴν γνωμέναν Φύσιν,

Ως οὐχὶ μικροῖς ἥδεται ποτηρέοις.

O figlina terra; olim Thericles

Te fabricatus est cavi lateris dilatato fundo,

Cognita & depol mulierum natura,

Que poculis exiguis nondelectantur.

Hesychius, Θερικλέος, κύλικοι οἱ ιπποτέριοι Θερικλέος κυριοποιοῦσι, id est Thericleus, calicis genus à figulo Thericle factū. Omnium comicorum testimonia, quicunq; Thericles, vel Thericleorum poculorum meminerunt, figulum illum fuisse evincunt. Concludo ergo veros Thericleos calices fictiles fuisse: ad quorum similitudinem & imitationem, Theophrasti ævo, è terebintho tornari solebant adeo similes, ut à fictilibus, quos ipse tornasset Thericles, vix dignosci possent. Unde colligo, è nigra terra, & summi splendoris nitorisve calices suos tornasse Thericlem: terebinthi quippe materies nigra, splendens, nitens. Monendum tamen lector, ne credat Thericlem inventorem calicium fictiliū, aut primum figlinam exercuisse artem; sed primum ea forma docuisse è terra nigra ac nitente calices tornare, qui ab ipso nomen acceperunt. Thericleorum formam loco citato describit Athenæus. Θερικλέος η κύλιξ αὐτὸν ιπποτέριας αἴτιος τοῖς αἴροντας, ιργάνος βαθυομένην, ὃντα οἱ ιχεὶ βεργίας οἱ οὐ κύλικες οὖσι. Thericleum poculum ad latera depresso est, satis profundum, auribus hinc illinc prominentibus, ut in vulgari calice.

Kaj σφίδαμος, &c. Plinius eodem cap. 40. Omnibus quæ diximus spissa firmitas. Ab his proxima est cornus, quamquam non poteris videri materies propter existimatam, sed lignum non alio penè, quam ad radios rotarum utile: aut si quid cunctandū sit in ligno, clavisve figendum cœu ferreis. Ilex item & oleaster, & olea aque castanea, carpinus, populus, hæc & crispa aceris modo, si ulla materies idonea esset ramis sape deputatis, castratio illa est, adimitque vires. De corno, quod admodum miror, nihil Theophrastus. Talem vero habere materiem, ipse Theophrastus lib. 3. cap. 12. docuit. Apud eundem nihil de ilice, nihil de castanea; tantum de acere, carpino, olea & oleastro; quorum materiem spissam ait. Depopulo nihil apud eundem, ac utrum huic spissa & crispa materies, ego affirmare non ausim. Plinius tamen ait. Credat qui velit. Vide infra hoc ipso capite.

Ακάρη καὶ ηγεμόνη. Non legit Theodorus; corruptus quippe codex. Aldinus αἴτια pro καὶ ηγεμόνη habet. utrumq; corruptum. καὶ αἴτια malus. Hesychius, τρεπός ηγεμόνης. Suidas καὶ ηγεμόνης, οἱ καὶ τοῖς φεροντι διοικεῖται αἴτιος ὁ οὐρανοτερψός ηγεμόνης, mente surdus, solidus. Scribe, αἴτια, vel, quod prius accedit, καὶ αἴτια, utrumque siccum significat; Hesychius, ηγεμόνης, τρεπός ηγεμόνης. Oleam sicciam ex lib. I. cap. 8. probatur. ηγεμόνης ηγεμόνης αἴτιος ποτε οὐκολόνη καὶ αἰτητός. voce ηγεμόνης utitur cap. sequenti Theophrastus.

Δερινα. Negligenter satis hæc Plinius. De cætero plerisque eorum, sed utique robori tanta est durities, ut terebrari, nisi made factum non queat, & ne sic quidem adactus avelli clavus: è diverso clavum non tenet cedarus. Rectè ergo Theodorus pro ἀνθερούσι, quod significat degravant, pœpondere & gravitate devergunt, legit ἀνθερούσι, madeficiunt, maceant.

Φίλων. Plinius loco citato; *Mollissima tilia*, eadem videtur & calidissima, argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat. Rationem hujus rei adfert Theophrastus libr. I. de cauf. cap. ult. Ascia instrumentum, quo fabricæ materia dolantur.

Βαρόνιος οὐδήγος. Inter res Plutarchi in Pyrrho exponit temperaturam ferri. Malo aciem; illa enim obtunditur; temperatura non item; nisi quis forte temperaturam pro ipsa acie accipiat.

Πορφύρα. Ira lege: male πορφύρα in Aldino Basileensi; vide cap. ult. hujus libri, ubi plura de πορφύραις. Calida & morus, & laurus, & hedera, & omnes è quibus lignaria fiunt. Vide cap. citatum.

Ψυχραγα. Plinius loco citato. Frigidissima quæcumque aquatica: lentissima autem & ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, cluditque suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum. In quo sunt generi fuci, salix, tilia betulla, sambucus, populus uraque. Levissima ex his fucus & salix, ideoque utilissime. Omnes autem etiam ad cistas, quæque flecti cruce, constant. Habent & candorem rigoremque & in sculpturis facilitatem. Hæc oscitanter Plinius. Theophrastus salicem & vitem lentes ait, sed laxiorem sive leviorum salicem, ideoque eo magis uti fabros. De fico nihil Theophrastus, de vite nihil Plinius. An igitur profici & ficus, vites & vitis scribendum? Hoc videant alii. Populum urramque cum inter lentissima numerat, parum eorum quæ paula ante tradidit se memorem ostendit; quippe jam populi materiem spissam firmamque, dixerit. vid. supra hic.

Πλατανός. Plinius loco citato: *Est lentitia platano, sed madida, sicut alno.* Scribe ex Theophrasto, sicut ulmo. Platani materiem lentam inquit, sed naturam humidiorem, ut & ulmis.

Συργαλέας. Plinius loco citato: *Siccior eadem ulmo (forte, alno) fraxino, moro, ceraso: sed ponderosior.* Horum omnium nihil Theophrastus. De alno Vitruvius loco citato: *Alnus autem, quæ proxima fluminum ripis procreatur, & minimæ materies utilis videtur, habet in se egregias rationes.* Etenim ære est & igni plurimo temperata, non multum terreno, humore paucō. Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis intra fundamenta edificiorum palationibus crebre fixa recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis, & sustinet immania pondera structure, & sine vitiis conservat. Itaque quæ non potest extra terram paulum tempus durare, ea in humore obruta permanet ad diuturnitatem.

Πυκνὸς ἄμμος ἐν γλυπτοῖς. Supra mori materiem, συληνὴ & πυκνὸς dixit. Respondeo libr. I. cap. 9. præceptorem agere de medulla sola; hoc vero capite de ligno, sive materie. Nihil impedit lignum esse spissum, solidum, lentum; medullam solidam, spissam, duram sive sicciam. Nec omnino duram dixit medullam, sed duriorum quam vitem & sambucum. Cæterum vox γλυπτοῦ aliter de solidis, aliter de liquidis interpretanda est. Galenus libr. II. Method. Medend. cap. I. *Ωστεροὶ αἰμάτεις* & τοὺς γλυπτοὺς ἐν πυκνοῖς χυμοῖς περιγένεται. οὐ μὲν γὰρ πυκνὸς χυμὸς αἴστητορος ἔχει τὸν λεπτὸν ἢ γλυπτοῖς, ὁτὲ ἐπὶ τοῦ αἵματος, τὸν ἑπτηνῆς οὐδὲ τὸν ποταμοῦ σπέρματος συμάτων ἐξαιρετὸς φαῖται τὸ γλυπτόν. οὐτοὶ γὰρ φαίνεται εἰς ἀετούντος τοῦ ἀνθεροῦ. οὐδὲ τοῦ γυμνοῦ οὐδὲ τοῦ τοῦ σερῶν συμάτων. Quemadmodum profecto in glutinosis & crassis succis faciuntur, quippe crassus succus ex opposito habet tenuem, glutinosum vero, sicut ipse Græcè nominavi, τὸ πύρινον; quæsi diversivum dicas; sicut aliquis dixerit, qui à solidis corporibus nominandi occasionem accipiet τὸ κραυγὴν, friabili. Siquidem hoc pacto semper videtur Aristoteles opposicio-

nem facere; verum non in successis sed solidis ipsis corporibus. In solidis igitur τὸ γλυπτόν fractu contumax, humore videlicet multo, & qui tensioni cedit, terrenas partes glutinante: sicut in salice & coriis. Huic προτεροῦ, friabile oppositum. In humoribus Hippocrates τὸ γλυπτόν definit, in quo ἵππος τὸ γλυπτόν διέτη. *Vna pars aliam per aliam sequitur.* Id est, quod si trahatur, suam quam longissime servabit contumaciam, nec rumpetur facile, ut mel, addeps. Mori lignum lentum & spissum. Potest etiam exponi fractu contumax: lenta enim fractu contumacia. Sed lentum vero, quia libr. 6. cap. 8. *Οὐγμαντοὶ οὐδὲ οὐδὲ εἰπεῖν.*

Αραβίστατος. Plinius; Rigorem fortissime fert. (cave credas febrilem: duritatem intellige & inflexibilitatem: Vult enim durissimam, quæque flecti nequeat ultimi materiem. Virg. primo Georg.

Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ.

Supra dixi ἀρεγέτος, non detortum, quasi ὡς τρέχετο, sed ad depravandum difficile significare. ὡς ἰεροτεχνίας ἀρεγέτος materies rectior, quæque minus depravatur & contortetur) ulmus, ob id cardinibus, assumentisque portaril utillissima, quoniam minime torqueatur: permittanda tantum sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. Ultimum rigiditatem habere negat Vitruvius. lib. 2. cap. 9. Ulmus vero & fraxinus maximos habent humores, minimumque aëris & ignis, terreni temperata mixtione comparatae: sunt in operibus cum fabricantur lente, & sub pondere, propter humoris abundantiam, non habent rigorem, sed celeriter pandunt; simul autem vetustate sunt aridae factæ, aut in agro perfectæ; qui eis inest liquor stantibus emoritur, sicutque duriores, & in commissuris, & in coagmentationibus ab lenititudine firmas retipiunt catenationes. Catenatio est conjunctio & arctatio stricta trabium vel aliarum inter se. Pro, perfectæ in agro, scribe, perfectæ in agro. Sensus apertior, quam ut declaratione indiget. Negat Vitruvius rigorem ferre; affirmat Plinius ex Theophrasto, qui alio modo quā Plinius id tradit. Certe Vitruvii sententia probabilior. Ipse Theophrastus, ut animadvertis Scaliger, ulnum ἀρεγέτον esse destruit, cum tantum ponat curæ & operæ, & artis, ne contorqueatur. A natura ergo non est τὸ ἀρεγέτον, sed arte. Vide Scaligeri animadversiones, & attende ad Theodori versionem.

Οἱ δὲ τελέται: Locus mutilus; scribe, ἀλλὰ πλέοντες αἴθριοι, κατέπιεν τὸ γλυπτόν οἱ δὲ τελέται οἱ τε πεντετάται τετραγωνοί. Vult valvas compactas non statim affigi solere, sed multis eas ubi compegerunt, sic sinere per triennium, alias per quadriennium, priusquam eas foribus adaptent; per æstatem quippe humore siccato dehiscere, per hyemem arctius connivere.

Tūs ιδίας omisit Theodorus, nobis vox hæc valde suspecta; de valvis quippe in genere agit, ac in specie de abiete reddit rationem; quod absurdum videtur. Putarem scriptum fuisse τὸ γλυπτόν, Rationem quippe reddit, cur valvæ hyeme conniveant, aitque quod in valvis raru, carnosumq; id facile attrahit aërem humectum, ea que de causa hyeme connivent. Si non placet τὸ γλυπτόν scribere, dele τὸ ιδίας.

Οἱ δὲ φοῖνιξ. Plinius: *Palmæ est mollis & suberis: spissa & malus pyrusque, nec non acer, sed fragilis & quæcumque crispa.* Si suberis materies mollis, quomodo inter gravissimas & spissimas, quæ fundum petunt, numerari potest. Vide quæ ad initium cap. dixi. Certe antiquus codex suberem spissam scribit. Ira enim scriptum: *Palma est mol- lis, & suberis materies spissa.* & *malus pyrusque, nec non acer: sed fragilis & quæcumque crispa.* Hæc Theodoro errandi aufsam præbuerunt. Θεοροῦ enim rigidum verit, qualis non est suberis materies, sed fragilis. Nullum relinquitur dubium, quin scripserit Plinius, *Palmæ & suberis materies mollis, sed fragilis suberis.* *Spissa malus pyrusque, nec non acer, & quæcumque crispa.*

C A P. V.

Tuum, quod & Thaia dicitur, nasci apud fanum Ammonis. Ex quibus item simulachra deorum fieri solita. Quæ ponderosa simulacra dura, quæque discordent. De nuce Euboica, iisque quæ perpetua sunt natura: tum quæ cariem, ac tineam sentiant, aut non sentiant, deque teredine, tinea: & vermis, qui in materie nascuntur.

Thiuum "quod thuia ab aliis appellatur, nascitur apud Ammonis fanum, atque in Cyrenensi agro. Forma cupresso sianilis, cum ramis, tum foliis, caudice, fructuque: vel potius seu cupressus sylvestris. Copiosam vel ubi urbs hoc tempore est, comperiri affirmant: atque etiam memorant contignationes quasdam vetustissimas + thuiæ. Perdurat + Thye. enim materies hæc incorrupta omnino. Radice hujus arboris nihil crispus, eaque preciosa opera conficiunt. Simulachra ex his sculpere solent; cedro, cupresso, loto, buxo; minora etiam ex olearum radicibus: rimas enim istæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo constare videntur. Hæc igitur proprietatem quandam locorum naturæ ususque ostendunt. Ponderosa autem, leviaque ex spissitate, raritate, humiditate, lentitate, siccitate, rigiditate, duritate, mollitudineque accepisse oportet. Quædam itaque simul, & dura & ponderosa sunt: ut buxus, ut robur. Quæ autem rigidæ, atque durissima sunt, haec pondere carent. Omnes sylvestres urbanis, & masculæ fœminis spissiores, duros, ponderosiores, in totumque robustiores, quod etiam ante retulimus. Quin & minus fœcundæ fœcundioribus, & deterius fructificantes, probius fructificantibus, tota quasi ex parte firmiores, nisi usquam mas fructuosior esse soleat, ut alias quasdam affirmant, & cupressum cornutumque. Verum inter vites quidem, quæ minus fructificant, gemmis crebrioribus constant, solidioresque sunt. Idem etiam in malorum, reliquarumque urbanarum genere patet. Natura perpetua, cupressus, cedrus, ebenus, celtis, + buxus, tænaria, olea, oleaster, pinus, quæ tædam gerit, + aria, robur, nux Euboica. Sed diurnior inter has cupressus + videtur. Itaque in Epheso cupressina materies, ex qua valuæ templi Dianaæ, quatuor arietates reservata duravit. Sola hæc nitorem etiam recipit, ideoque ex hac condere operum lautiæ consuevere. Ex reliquis post cupressum ac thuiam, morum æternam potissimum esse arbitrantur: simulque validam, & in operibus facilem: atque vetustate nigrescere modo celtis. + Item alia in aliud & in alio perpetua. Exempli gratia, ulmus in aëre, robur defossum, atque in aquis demersum. Putredinis quippe immunit hoc omnino videtur. Ob id in flaviis lacubusque naves hac etiam materie condunt. Sed in mari putreficit; quanquam reliquæ magis durare valeant. Quod quidem & ratio vult; utpote cum sale maceratae conditæque sint. "Fagus quoque, sive scissima, in aqua permanere posse incorrupta videtur, madefactaque melior redi. Quin & + nux Euboica nequaquam putreficit. Dicunt & pinum plus quam abietem corrodere teredine posse: Hanc enim esse + amaram: Pinum vero dulcedinis non nihil habere, eoque magis, quo fuerit teda refertior. Omnes teredinem sentire affirmant, præterquam oleastrum atque oleam; quas amaritudinis causa neque teredo, neque tinea rodit. Quæ mari putrescere aptæ sunt, erodi & teredine solent: quæ autem terra, vermiculis, tineisque. Teredo enim non nisi in mari enasci potest. Est autem ipsa teredo corpore parva, capite magno, & dentibus. Tineæ vermiculis similes con-